

Uste 13
Araucanía
Vol 6



ANNUS
CISTERCIENSIS:

In quo

PIA, ET BREVI APOSTORHÆ

proponuntur
Veneranda, & Imita

Gesta præcipua, & ~~omnino~~
Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri,

ET AB ORIGINE SUA EXEMPTU

ORDINIS:

Quos *STYLI ac PRÆLI* labore

in lucem publicam produxit

RELIGIOSUS CISTERCIENSIS

in Monasterio B. V. MARIÆ


DE MARISSTELLA

Vulgò Wettingen

Prope BADENAM Helvetiorum



ANNO MDCLXXXII



EPISTOLA NUNCUPATORIA.



ILLUSTRISSIMO,
ET REVERENDISSIMO

DOMINO, D.

JOANNI
PETIT,
ABBATI CISTERCII:

CHRISTIANISSIMI REGIS

à Sanctioribus Consilijs:

ET IN SUPREMO DUCATUS
Burgundiæ Senatu

CONSILIARIO PRIMO NATO:

Universi

Cisterciensis Ordinis

CAPITI,

AC SUPREMO GENERALI.

DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.

EPISTOLA NUNCUPAT.



FORTUNATISSIMI
semper Ominis Cistercio
ab ipsis jam inde cunis
fuit Clarissimi Stemmat-
tis Tui nomen PETIT,
Latinâ linguâ PARVUS

Illustrissime & Reverendissime DOMINE.
Id primùm Divo Stephano, Abbati tertio
Cistercij per Oraculum coeleste monstratum
est, quando de Filijs ejus quidam ex mor-
tali hâc vitâ migraturus, illi de futurâ Or-
dinis propagatione sollicito narravit: Vidis-
se se lucidissimum fontem juxta Oratorium, in
quo multitudo innumera vestes mundaverit.
Ea est autem Fontium natura, ut in sua sca-
turigine modici, quò longiùs progrediuntur,
eò magis increscant, navésque ad maris invi-
diam grandes suspendant. Sic celebris ille
Rhenus in Rhatia rivulus est, in Belgio vix
non Oceanus. Danubius in Helvetiæ nostræ
vicinia exortus pueri saltu superatur, in
Hannonia Classium patiens. Hinc Stephanus
latissimo prævidit augurio, quanta olim ter-
rarum

NUNCUPATORIA.

rarum spatia Fons ille cœlestis sic inundaturus. Hujus ostenti minimè ignarus Christiani Orbis Princeps Clemens IV. sub hoc ipso Fontis symbolo Cisterciensem Ordinem eminentissimis elogijs extollit: [FONS, ait, PARVUS, qui crevit in Fluvium, & in lucem solémque conversus, in aquas plurimas redundavit, Cisterciensis est Ordo prælucidus, qui à sui ortus exordio parvus & humilis abjectione habitûs, tenuitate substantiæ, humilitatis professione, & numero professorum, sub Fontis metaphora non indignè describitur: cui diversarum illi proprietatum conformitate conformis non immeritò comparatur.] Hujus Fontis effigiem adumbrare levi penicillo conatus sum in libelli fronte: cujus angustia non tulit alia nomina, nisi quatuor mundi plagarum. In promptu enim fuisset ampliorem chartam implere infinitis regnorum & regionum nominibus, per quæ Fons Parvus sua brachia extendit. Recensenda fuissent præter amplissimam Galliæ Monarchiam Regnum Hispania, Castellæ Aragonia, Navarra, Galleciæ, Lusitania: scribi debuisset Anglia, Hyber-

EPISTOLA

nia, Scotia, Dania, Suecia, Norvvegia: incensum venisset Hungaria, Austria, Styria, Tyrolis, Carinthia, Polonia, Prussia, Livonia: adducenda fuisset cum suis partibus Germania per tractum Coloniensem, Trevirenses, Moguntinum: per Vasconiam, Saxoniam, Lusatiam, Pomeraniam, Bohemiam, Moraviam, Silesiam: accessisset Sicilia, Italia, Sardinia, Sabaudia, Insula Rugia & Cypræ regnum: agmen denique clausisset Addictissima Illustrissimo Nomini tuo Congregatio per Franconiam, Sueviam, Bavariam, Tyrolim, Alsatiam, Brisgojam & Helvetiam. In his aliisque Provincijs per prima duo ab ortu secula Fons iste parturijt Virorum monasteria (quantum ex monumentis constare potest ac Tabulis) septingenta septuaginta: ut silentio præteream cœnobîa Virginum; quorum numerus si non major, sanè parum fuit inferior: ut nullam quoque faciam mentionem Ordinum Equestrium de Calatrava, Alcantara, Avisio, Montesia, Christo, S. Mauritij, nobilissimorum Fontis Parvi propaginum. Adeò nulla fuit gens tam remota ac dissita,

NUNCUPATORIA

ac diffusa, nulla tam fera barbaries, nulla natio tam rudis & inhumana, quod Fluvius iste non pervaserit. Jam vero si illius splendorem considerare libeat (nam Lucidissimus apparebat) non Ganges aliquis Tagusve tantam genuit gemmarum copiam, quantam perper quinque seculorum decursum Fons iste produxit. Micant hinc Tiara Pontificum, Regum corona, Ducum Diademata, Praesulum Insignia: illinc virtutum summarum decora, prodigiorum stupenda lumina, omnis sanctorum ornamenta. Harum gemmarum septingentas septuaginta septem in hunc fasciculum ex veterum recentiorumque monumentis collegi, partim ut incomparabilis haec Cistercij gloria ad plurimum perveniat notitiam, qui grandioribus destituti voluminibus tam inclytas sacri Instituti divitias ignorant: partim ut refricata veterum gestorum memoria praesentem aetatem ad pios emulationis conatus excitet. Semper enim, inquit Mellifluus Doctor, operae pretium fuit sanctorum describere vitas, ut sint in speculum & exemplum ac quoddam veluti condimentum vitae hominum super

EPISTOLA

*num super terram. Per hoc enim quodam-
 modo apud nos post mortem vivunt, multosq;
 ex his, qui viventes mortui sunt, ad veram
 provocant, & revocant vitam. [in pref. ad
 vitam S. Malachia.] Producuntur in hanc
 scenam Pontifices summi, ♁ Cardinales 9.
 Archiepiscopi 17. Episcopi 55. Generales
 Ordinis. 22. Abbates, 161. Reges ac Du-
 ces, 7. Regina, 5. Abbatissa, 15. Monachi
 deinde cum Conversis ac sacris Virginibus
 sunt assignati numeri totius complemen-
 tum. Patere, Illustrissime Domine, ut li-
 bellum hunc derivatam ex Parvo Fonte ve-
 nam appellem (si tamen mihi liceat vel hoc
 tenui vocabulo illum dignari) quæ ut ad su-
 am pro fluminum genio recurrat originem,
 non potuit non properare Cistercium, parvu-
 lus ad PARVUM. Sed Tu quidem Par-
 vus es, Præsul Illustrissime, solo Gentilitio
 Nomine; è contrario lucubratiuncula hæc mea,
 quam ad Gratosissimos pedes Tuos tan-
 tâ, quâ possum animi corporisq; demissione
 ac reverentiâ depono, mole & arte non par-
 va tantum sed minima, ab una Magni-
 tudine*

NUNCUPATORIA.

tudine Tua pretium emendicat. Magnus es enim, quia amplissimi Corporis Cisterciensis Venerabile Caput, quod utique proportionem congruam cum reliquis membris condecoratur. Sed & Magnum Te fecit nuper Rex Christianissimus, Ludovicus ille Magnus, qui per sapientiam verè Regiam quatuor penè seculorum lite decisâ, Caput Ordinis in suprema illimitatæ potestatis arce cum filiorum amantium letissima gratulatione stabilivit. Magnum Te præterea de prædicat humanissima illa Mansuetudo Tua, quâ totius Ordinis alumnos Paterno amore complecteris. Afferit Magnum Prudentia singularis, qua consiliorum oracula per universum orbem dispensas. Efficit Magnificè Parvum demissio, quâ summum honoris verticem tam benigna propensione ad minimum quemque inclinas. Unde & ego sumpsi animum Illustrissimo Nomini Tuo exiguum hunc styli mei præliquo laborem consecrandi. Leges in his pagellis non tam prisorum Patrum quàm Tuas virtutes, Tuoque favore animum huic, licet indignæ manui meæ addes ad ulteriores conatus. Suscipe i-

EPISTOLA

*gitur Illustrissime Domine quantulumcumq̄
 munus à minima filiarum Tuarum Maris-
 stella ad Te profectum: nam & Numinibus
 vilia quandoque pauperum donaria legimus
 non displicuisse. Unico hoc voto epistolam
 concludo: ut nimirum post diuturnum felix-
 q̄ Regimen tandem meritorum tuorum di-
 gnam recepturus mercedem, eternùm exul-
 tes sub umbra Pallij Virginei Reginae Cœ-
 litum, specialis Patronæ nostræ MARIÆ,
 augeâsq̄ felices illos Cistercienses, quos Con-
 versus ille pius in caelesti gloriâ spectavit:
 Cujus ostenti effigiem frons hujuslibri repræ-
 sentat, & ego ex Casario nostro breviter ad
 diem 15. Augusti recensui. Deus Clementis-
 simus exaudiat hoc votum meum, ac Te, Il-
 lustrissime Domine, in plurimos porrò an-
 nos ad sacri Ordinis splendorem, & filiorum
 solacium, sospitem, atq̄ omni ex parte bea-
 tissimum conserveat. Ex Typographeo Ma-
 ristellano Calendis Octobris 1682. dedit*

Illustrissimæ, & Reverendissimæ
 Dominationis Tuæ

filius indignus
 Religiosus Maristellanus.



FACULTAS ORDINARI.

NOS F. NICOLAUS,
Monasterii B. Mariæ de Ma-
ristella, Sacri & Exempti
Ordinis Cisterciensis intra
Diæcesim Constantiensem, Abbas,
nec non ejusdem S. Ordinis in Con-
gregatione S. P. N. Bernardi superio-
ris Germaniæ per Helvetiam, Alsati-
am & Brisgojam Vicarius Generalis:
præsentium tenore facultatem conce-
dimus, ut liber, cui titulus est, *Annus
Cisterciensis*, ab eodem Dilecto Con-
ventuali nostro, qui illum stylo suo
concinnavit, prælo subjici, & publicæ
luci exponi possit, cum à duobus Mo-
nasterii nostri SS. Theologiæ Professo-
ribus de commissione & mandato
Nostro lectus fuerit, & approbatus,

J 6

servi.

FACULTAS.

serviâtque non parum ad S. Ordinis nostri notitiam & honorem. Actum in præfato Monasterio nostro Marisstellano sub impressione sigilli nostri Abbatialis ac propriæ manus subscriptione. Calendis Octobribus. 1680.

F. Nicolaus Abbas Marist.

Vicarius Generalis.

CENSURA.

EGo infrâ scriptus Sacras Ephemerides *ANNI CISTERCIENSIS*, five Sanctorum ac Beatorum ejusdem Ordinis, eleganti simul ac pio compendio à Monasterii Marisstellani *Religioso* religiosè conscriptas, de gratioso Reverendissimi Domini mei Abbatis mandato perlegi. Et quia in hoc opere non tantùm nihil deprehendi Saniori Doctrinæ, vel bonis moribus repugnans: sed potiùs saluberrima ad pietatem (quæ, juxta Sapientis oraculum, ad omnia utilis est) tam Monasticam quàm Christianam incitamenta: imò & Verbi Divini in sacro suggestu Expositoribus copiosum exemplorum ac Sententiarum apparatus: laudabilem

CENSURÆ.

dabilem denique conatum producendi in apertum orbis theatrum sacri Instituti nostri gloriosa sanctimonix ornamenta, hætenus in majoribus solummodò voluminibus delitescencia: meritò dignissimum Censeo, ut eadem manu, quæ stylum duxit, novâ dexterritatis industriâ, prælo subdatur, & tum ad animarum salutem, cum Cisterciensis nominis honorem, in publicam lucem prodeat.

Fr. Victor Osvald

Prior Maristella, S.S. Theol. Profess. Ord.

APPROBATIO.

ANNUM CISTERCIENSEM ab aliquo Coëtûs Maristellani Religioso compositum, jussu Superiorum meorum debita cum diligentia perlegi. In quo nedum nihil Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus contrarium inveni, verùm acta Sanctorum ac Beatorum sacri Ordinis Cisterciensis eâ methodo proposita, quatenus cuilibet religiosæ menti ex historia *Disciplinam; Bonitatem* ab *Affectibus; ex Mellitua S. P. N. BERNARDI* doctrina, *Scientiæ* salutaris eruere succum liceat. Dignum itaque publica luce censeo.

F. Bernardus Sury,

SS. Theol. Prof. Not. Apost.



PROTESTATIO SCRIPTORIS

COram te, qui scrutaris corda & renes, Deus, hâc pagellâ protestor; me huic exili labori meo ante omnia hunc præfixisse scopum, ut quantulumcumque est in me virium, id ad Honorem tuum impenderem, quem utique promoturum me rectè existimavi, si Amicos tuos, à tenimis honoratos, plurium oculis exhiberem, qui Te in ipsis venerarentur, & ex pia lectione accenderentur ad imitationem virtutum, quibus Tuo munere excelluerunt Cistercienses. Si quid verò in hoc Scripto continetur huic meo proposito contrarium, si quid Fidei dogmatis non conforme, aut dissonum à veritate, subreptitium humanæ miseriæ vitium est, non meæ voluntatis arbitrium: si quid, inquam, tale diligentiam meam effugerit, nunc recantatum & revocatum esse volo, omnia Judicio & correctioni S. M. Ecclesiæ ac Superiorum Ordinis humillimè subiciens.

PRÆFATIO



PRÆFATIO AD LECTOREM.



Ecessarium omnino est, ut te, quisquis hanc lucubrationem legere dignaberis, in vestibulo paucis alloquar, tibi que candidâ mentis sinceritate aperiam, in primis quænam sese mihi obtulerit ad hoc præsens scriptum.

OCCASIO.

Hanc præbuere pia simul ac doctissima opuscula P. Joannis Nadasi è Societate Jesu: cujus *Annus Cælestis* cum multis meritò placeret, non defuere, qui me hortarentur, ut ex domestica S. Ordinis, utique suffectura, suppellectile sacrum ejusmodi Annum concinnarem. Alacriter ergò laborem aggressus, Menologium Cisterciense Chrysostomi Henriquei in eandem cum Nadaso formam cœpi traducere; quem etiam presso fuissem secutus vestigio, nisi recens edita *Series Sanctorum ac Beatorum Cisterciensium* D. Abbatis Claudii Chalemot tunc in manus meas devenisset.

PRÆFATIO

venisset. Quem cùm viderem non solùm ab Henriqueo passim dissentire, sed & non paucos illius errores doctè satis gravitéq; perstringere: consilii ambiguus aliquamdiu hærebam, cuinam vento vela committenda forent, ut fluctuans inter spem proventuri aliquando fructûs, & metum nimis prolixi laboris cymba, absque veritatis naufragio ad optatum portum propelleretur. Postquam enim Sanctorum ac Beatorum numerum revocavi ad calculos, pro singulis anni diebus geminos, ac subinde etiam ternos; suppetere deprehendi. At verò si in ea statione, quam in Menologio vel Serie obtinebant, fuissent relinquendi, magna dierum pars omnino vacua remansisset. Necessarium proinde fuit, ut præ omnibus alia, ac prorsus nova à me institueretur

METHODUS.

Quam hac ratione disposui. Illis primùm, quorum dies obitûs certò constabat, debitum assignavi locum. Ad replendos deinde dies vacuos modò Henriqueus, modò Chalemotus, subministravere materiam, quam in suas classes ordîne, quantum licebat, non nimis immutato collocavi; neutri adhærens ex integro, neutrum per totum, deserens. Cum neutro tamen Festa Dedicationum Ecclesiæ huc inserui; quòd instituto meo minimè deservirent, in id principaliter intento, ut sub
habilis

AD LECTOREM.

habilis formæ libello comprehenderem gesta celebriora Divorum, ex quorum lectione non tam satiaretur curiositas, quàm pietas ad æmulationem accenderetur. Unde quamlibet enarrationem aliquo epiphonemate, per modum devoti gemitûs, propositi, vel tesseræ ad excitandos in perfectionis amorem animos conclusi. Hi duo, de quibus hætenus loquebar, Scriptores primi mihi fuere duces, sed quibus ad scopum meum consequendum addendi erant necessariò alii

AUTHORES.

Inter quos jure meritissimo exceptione omni majorem fidem merentur scriptores factimoniâ nominatissimi *Exordij Magni*: quem librum, Henriqueus, (quam ob causam, ignoro,) jam adducit sub hoc ipso nomine: alibi vocat *Collationes Patrum Cisterciensium*; iterum alio loco, *Librum de initio vel de viris illustribus Ordinis &c.* cùm tamen excitatis ab eo ubicunque verbis manifestum sit, unum esse eundemque librum. Huic succedunt *Dialogi miraculorum*, quos Cælarus Prior Heisterbacensis compilavit, & nuper editæ Cisterciensium Patrum Bibliothecæ inseruit, notisque eruditis illustravit, D. Bertrandus Tissier, Doctor Theol. & Prior Boni-Fontis in Therascia. Non minoris auctoritatis habentur Scriptores Vitæ Melliflui Pat. nostri BERNARDI, Gaufridus monachus

primùm

PRÆFATIO

primùm, deinde Abbas IV. Clarævallis: Philippus itidem ex Claravalle: Guilielmus denique ex Abbate S. Theoderici Rhemenfis Signiaci monachus. Ex recentioribus, præter supradictos unus mihi pro mille aliis fuit mirificus ille splendor Hispaniæ *ANGELUS MANRIQUEUS* (hoc illi elogium donat continuator Francisci Bivarii, l. I. de veteri monachatu) emeritus Reformatore Generales celeberrimæ Congregationis Hispanicæ, Primariæ Cathedræ in Universitate Salmanticensi Moderator, ac Scientiarum omnium Princeps, Philippo IV. Monarchæ Hispanicarum à Concionibus, tandèmq; Episcopus (vel, ut de seipso vir undequaque maximus) humilis minister Ecclesiæ Pacis Augustæ. Indulgeat Lector benevolus paucarum linearum moram amorì meo in hunc virum, æternâ memoriâ dignum, patiatúrque, ut unum alterúmve ejus præconium hîc breviter attingam. Is post multa præclarissima opera in lucem edita, post expositam Salmanticiæ per annos 30 Theolog. sexagenarius conscripsit Ordinis Cisterciensis Annalium quatuor tomos; historiam contexens ab anno reparatæ salutis humanæ 1098. usq; ad annum 1236. De quo Opere ita scribit Alphonsus Perezus in eadem Congregatione Definitore: *Theologum undequaque perfectum in Authore mirabar: nunc autem dum Historiographi munus suscipit, mihi pro Oraculo est.* Addam ab

exteris

AD LECTOREM.

exteris duos, ut in ore trium (nam plures in promptu forent) firma stet veritas. Alter est de Canonicorum Salmanticensium Collegio Joannes Eschalaz, qui ita differit: *Mirantur hæc (Scientiarum omnium peritiam) reliqui in unum collecta virum, quæ & dispersa in plures jure mirarentur: nos, qui Angelum nostrum novimus, ipsum ultra mortalitatis metas præcellentem, ut par est, suspicientes, perfruemur, seposito omnis admirationis affectu, hisce veneranda antiquitatis monumentis. & documentis posteritatis præclaris.* Tertius ex D. Dominici sacra familia Martinus Lopezius sic de dictis Annalibus loquitur: *Eos, inquam, tam exacta & fideli narratione, tamque recto judicio, & specioso scribendi genere collegit: ut merito dicas, Angelum nostrum numero & re primum in Historia.* Neque his encomiis obstat Eminent. Cardinalis Bona de hoc Auctore judicium, dum *tr. de Psalm. div. f. 5.* ait: eum multarum rerum notitiâ fuisse destitutum. Id ipsemet Angelus non rarò in Annalium decursu queritur. Sed quod iste præ cæteris veritati scripserit conformiùs, inficiabitur nemo, qui illum non oscitanter pervolvere voluerit. Hic itaque mihi pro face & duce fuit, utpote tam veterum quàm recentiorum, si quæ in lucem publicam emerere, monumenta non complectens duntaxat, sed & prudentissimè discutiens. Tali proinde nixus autoritate confido, me nemini fore suspectum, quin

PRÆFATIO

quin ubique propinetur à me Lectori sincera

HISTORIÆ VERITAS.

Et ea quidem, quæ pio laboris mei fini congruit perquam maximè. Coelitum ubique patrocinium efflagito, in quo dicendi genere primaria basis est fides. Dubios namque, id est, non satis certos sanctimonix, non meo, sed aliorum Auctorum iudicio, omisi: in omnibus per summam diligentiam exploratæ veritati intentus. In quo Deum & conscientiam pro teste sisto, me nihil de meo addidisse, præter stylum, quem ne cum Lectoris eruditæ radio rudem, incomptum barbarumque ducerem, saltem conatus sum, si non assecutus. Unà cum veritate etiam varietatem solent amare lectores, quam sanè ex Menologio haurire non licuit, in quo sæpe nihil aliud occurrit, quàm trita illa phrasis: *In magna sanctitatis opinione diem clausit extremum*: in Notis verò: *De hoc Calendarium vel Missale antiquum, &c.* Quibus ut aliquid gratius supponerem, non sinè defatigatione quatuor Annalium tomos, Opera deinde ejusdem Henrici, quæ ad manum erant, Cæsarium denique aliòsque Auctores diligenter pervolvi, indèque fideliter decerpsi, quæ proposito meo erant accommoda. Hic ad adstruendam scriptis meis fidem paucos Henrici errores recensebo, qui me coegerunt, in multis locis ab eo dissentire. Ac in primis duos omisi Summos Pontifices,

Alexan-

AD LECTOREM.

Alexandrum III. & Urbanum IV. Priorem nunquam Cisterciensem, sed Ordinis summum fautorem fuisse; demonstrat Angelus in Annalibus ad an. 1159. c. 6. n. 14. In altero deceptus fuisse videtur Henriqueus ex eo, quod fuerit familiaris B. Evæ Cisterciensi Reclusæ, dum agebat Archidiaconum Trecensem, cui postmodum promotus in summum orbis Christiani fastigium per speciales literas gratulatus est laborem non irritum in promovenda Institutione Festi Corporis Christi, quem unà cum S. Juliana susceperat. Omnes autem Scriptores in ejus recensendis dignitatum gradibus consentiunt, inter quos nulla fit ullibi mentio de Monachatu. In horum locum substitui omissum ab Henriqueo Gregorium VIII. cujus summas laudes narrat Angelus ad ann. 1187. convincitque fuisse Cisterciensem, & obiisse 16. Decembris, cum sedisset mensem 1. dies 27. Henricum Episcopum Wintoniensem ponit Henr. II. Octobr. de quo Angelus ad ann. 1171. c. 5. n. 11. ait: *Henricus, ne lector erret, nec Cisterciensis reverà, nec sanctus fuit Ergò Henricus deleatur ex Menologio, & si licuerit, pro eo substituatür Gualterus Daniel, &c. & hunc eodem loco inserui. Ex Walleno Abbate facit Henricus duos: quinto enim nonas Martii vocat Walterum referens ea omnia, quæ de Walleno dicit quinto idus Augusti: idèoque à me omissus, & ejus loco positus Walterus Conversus, quem egregiè laudat Angelus*

PRÆFATIO.

Angelus ad ann. 1160. c. 4. n. 9. & 10. Guilielmo de monte Pessulano tribuit Henriq. pi-
am illam ignorantiam, & miraculum post o-
bitum de Lilio ex ejus ore prodeunte. Quam
historiam ut fide minùs dignam cum Ange-
lus ad ann. 1174. c. 18. n. 12. rejiciat, etiam ego
prætermisi. Quod de Beatrice moniali ex Cæ-
sario narrat Henriq. illam abjecta veste religi-
osa diu à Cœnobio abfuisse, & beatam Vir-
ginem ejus personam intereà egisse: ut fabulo-
sum rejicit præter Angelum suprà laudatus
Bertrandus Tiffier, qui ex Dialogis Cæsarii in
Bono Fonte editis, hanc fabulam expunxit.
Guilielmum Episcopum Catalaunensem, di-
ctum de Campellis Henriq. die sexto Julii as-
serit fuisse Cisterciensem monachum: quod
negat & probat Angelus ad ann. 1119. c. 1. u-
bi & alium ejusdem errorem producit n. 6.
Theobaldus Comes Campaniæ, quòd mona-
chus Clarævallis non fuerit, neque ibidem se-
pultus sit, ut scribit Henriq. sed Pontiniaci, de-
monstrat Angelus ad ann. 1151. c. 6. n. 11. Ci-
stercii Abbates duos Guidones in unum con-
fundit Henriq. quos ego duce Angelo distin-
xi, priorem ponendo ad diem 20. Maji, alte-
rum 30. Junii. Vide Angelum ad ann. 1206.
c. 4. Hæc pauca sufficiant ex quamplurimis
aliis, quæ potuissem adducere, si non magis
Ascetæ, quam historiographi munus in me
recepissem. Unum denique moneri debes,
Lector, de numeris annorum in margine po-

AD LECTOREM.

fitis, quibus quemque Sanctorum ac Beatorum significo vel excessisse è vita vel saltem in vivis extitisse. Quò circa observandum est, in illis assignandis triplicem me viam ingressum: quarum prima fuit, quando apertè affirmavi annum per illas voculas *Obijt* vel *Floruit* &c. ubi te certum securumque facio, me omnem adhibuisse diligentiam, ut ex fide dignis auctoribus hanc Chronologiæ facem tibi præferrem. Deinde quando videbis adjectam particulam *Circa*, noveris vel ita loqui auctores meos, vel me ex conjecturis non adeò dubiis apposuisse. Tertium genus est, dum ne seculum quidem, quo vixerint, certò mihi constare potuit post omnem adhibitam industriam: malui tamen opinionem meam cum hac ipsa cautela ac præmonitione, licèt omnino ambiguum, adjungere, quàm pauculos aliquot sinè hoc marginis ornamento relinquere: horum classem deprehendes, ubi verbum illud *Videtur*, &c. in margine legeris. Pari solitudine & cura excerptæ à me sunt, & singulis anni diebus accommodatæ

SENTENTIÆ S. P. N.

BERNARDI.

In quibus conquirendis, antequam enarrationi reliquæ me immergerem, eos Tractatus per ordinem evolvi, quos clarissimus, & de Ordine nostro meritissimus Merlo Horstius ut genuinos foetus melliflui Doctoris agnoscit.


Ministerio de Educación, Cultura y De **Quod**

PRÆFATIO AD LECT.

Quod autem recentior ejus operum evulgator iterum quasdam, eòsque modicæ magnitudinis, tractatus exauctora verit, nihil officit vel mihi, vel tibi, Pie Lector: si enim tam bona fide illas memoriæ tuæ impresseris, qua ego illas scripsi: crede, Bernardum non offendes, etsi eum tibi loqui arbitraberis. Restat, ut tibi breviter exponam, qualis mihi videatur, imo quisnam præstitutus à me sit hujus opusculi

U S U S.

Hunc tibi ipsa scriptiois forma demonstrat, quæ meditationi quotidianæ materiam suggerit, præsertim pro iis, quibus officiorum negotia subinde majorem partem huic pietati destinatam adimunt. Brevitatem materiæ in quibusdam diebus refarciet, aliorum prolixitas. Bene vale, & bene vive.



ANNI



ANNI
CISTERCIENSIS
JANUARIUS.

I Januarij. Calenda.

BEATE BERNARDE, pri-
mum Fontaneti Abbas, dein
totius Sacri Ordinis Cisterci-
ensis Caput, ac Præsul piissi-
me: qui suavissimum virtutum tua-
rum odorem per omnem latè Ita-
liam Galliámque diffudisti; dum Ro-
mam magnos inter labores profectus;
tuâ auctoritate ac doctrinâ, cursum
errorum, quorum reus agebatur Joa-
chimus Abbas Curatij, gloriosè sti-
tisti: ac tandem emeritus claram san-
ctis operibus animam transmisisti ad
Superos: eundem sepulchri honorem
cum primis Cistercij Patribus, Stepha-
no & Alberico, nactus; utpote qui-
bus te vitæ sanctimoniam, & multa pa-
trata miracula parem fecere. *Impetra*
mibi à dulcissimo JESU auspiciatum hujus
anni principium: ut sicut ille hac die pro
me

Obijt
anno
1184.

Felix i-
nitium
anni.

A

me

2 ANNI CISTERCIENSIS

me misero peccatore effudit sacratissimas Sanguinis sui primitias; ita ego non solum hujus anni, sed omnium dierum meorum primas cogitationes, & affectus cordis, illi unice consecrem: atque in hoc pio proposito usque ad finem vitæ perseverem.

*Floruit
circa a.
1185.*

B. ULRICE, ex Valcellensi Cœnobio assumptæ Antistes Villarij: qui ætate, & vivendi austeritate fractus corpore, at non animo, prædecessorum propagaturus ad posteros exemplum; Liâ negotiosâ relictâ, in sacræ solitudinis quiete, id est, inter cœlestis Rachelis amplexus claram sanctitatis opinione mortem oppetisti. *Doce me Liam, id est, malè oculatas hujus mundi vanitates ita aversari; ut Rachelem, pulcherrima cœli gaudia, hic devotis desiderijs concupiscam, & post mortem æternâ possessione amplectar.*

*Vanitas
contem
nenda.*

*Vixit
anno
1230.*

B. JOANNES Corneliensis cœnobij Prior, qui pias illius Parthenonis, noviter tunc conditi, Virgines, candidâ animi simplicitate inter multas tribulationes rexisti: ac S. Julianæ orationibus adjutus, multa præclarè de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento scripsisti: & denique eâdem præfagiente, vitæ huj' miserias pretiosè mortis transitu terminâsti. *Roga DEUM, ut accendat frigidissimum cor meum amore pretiosissimo-*

ssimi Mysterij: presertim ut peregrinationis meae finem, ad animae meae solacium & in futurae beatitudinis pignus, Angelico hoc Viatico clementer praemuniat.

B. PETRE de Armentera Abbas, singularis MARIAE Deiparę cultor; quam usque ad decrepitam senectutem omni devotionis genere honorasti; constructa etiam sanctissimo ejus nomini eleganti Basilicâ. *Exora Amabilissimam pietatis Matrem, ut dignetur hunc, noviter exorientem annum mecum auspiciari: ipsa lucidissima MARIS STELLA regat prospere hunc duodecim mensium cursum: ipsa sit omnium cogitationum & actionum mearum praeses & Cynosura: ipsa me deducat ad felicem anni, aut si sic DEO placuerit, vitae finem.*

Obijt
anno
1167.

Maria
actionũ
modera
trix.

S. BERNARDUS, serm. 3. de Circūcis.

Hoc est nempe salvationis nostrae principium; cum incipimus respicere, quae diligebamus; dolere, unde latrabamur; amplecti, quod timebamus; sequi, quod fugiebamus; optare, quod contemnebamus.

Signa
Conver
sionis.



4 ANNI CISTERCIENSIS

2 Januarij. 4 Nonas.

Obijt
anno
1216.

Honorũ
contem-
ptus.

Humi-
litas.

B. HENRICE, qui jam in ætate infima pietatis summæ specimina, exinde autem insoliti fervoris tyro in Clara-valle, ea virtutum insignia ostendisti, ut juvenis Altæ Cumbæ Abbas designatus, post pijsimum illius monasterij regimen, Claramvallem acceperis gubernandam. Cùm porrò totius Ordinis Superior Generalis, ac Tolosanus Episcopus esses electus, utrumq; honorem verè humilitatis sectator abuisti. Invitus autem Cardinalis Episcopus Albanensis creatus, à summis terrarum principibus in maximâ veneratione es habitus, quorum plurimos bellicâ sacræ Crucis tesserâ in nominis Christiani hostes insignivisti. Ad supremum denique Ecclesiæ clavum admovendus pari demissione & sublimitate animi consentire noluit: gravissimos interea labores pro Ecclesiæ communi bono, in Fidei & Pacis hostes per varias Legationes suscipiens. In quibus Atrebatî coram arâ D. Andreæ orans, pijsimè obdormivisti. *O magnanime, & peritissime humilitatis magister! in eandem me duc scholarum, & doce me amare, quod DEO promisi, ac sponte elegi; abjectus esse in Domo Domini.*

B. A.

B. ALARDE, strenue quondam miles in seculo; quo spreto, in Luká monachum induens, diuturnum, & gravissimum morbum in summâ mentis tranquillitate tolerasti; ita ut vermes ex ulceribus tuis scaturientes pro delicijs haberes. Et delicias etiam suas fuisse patientiam tuam, ostendit summus patientiæ doctor & merces Servator noster: qui & de instante mortis hora te præmonuit, & in comitatu cœlestium civium tuam animam suis manibus excepit: mutato statim post mortem foetore ulcerum in odores longè aromaticissimos. *Instrue, ô Beate, meum pati refugientem animum; & quem tu tot annis, inter molestissimos cruciatû exhibuisti patientiam, etiam mihi à JESU patiente impetra. Eundem ora, ut gratiam mihi concedat, qua inquietos exulceratæ conscientie meæ vermes scopâ penitentiæ penitus exturbem; idque ante fatalem illam horâ, qua periculosissimè cor emoriens lacerant.*

Obijt
anno
1216.

Patiē-
tiæ exē-
plum.

Patien-
tia pur-
gat.

S. BERNARDUS, *serm. 1. de Circum.*

A planta pedis usq; ad verticem non est in nobis sanitas: nec est aliqua pars, que non sit tabida hoc veneno. Propterea sicut parvulus adhuc in fi-

Circū-
cisio vi-
tiorum.

6 ANNI CISTERCIENSIS

de, & dilectione, congruum sibi mandatum exigua circumcissionis accepit: sic ubi crevit in virum perfectiorem, toto corpore jubetur baptizari; qua est totius hominis circumcisio.

3 Januarij. 3 Nonas.

Floruit

anno
1300.

Maria
offert
Jesum
ad oscu-
lum.

Pauper-
tas ani-
ma.

B. HOSTRADE, simplicitate animi, & quæ illam comitatur, vitæ sanctimoniâ admirande: qui à teneris spretâ mundi vanitate, cœnobiticam vitam in sacro Cisterciensi Instituto elegisti: Abbas effectus, gregem tibi commissum piè & sanctè rexisti. Jámq; omni virtutum splendore insignis, suaviter à frugali mensâ ad epulas cœlestes es invitatus. Tibi enim aliquando ad mensam sedenti spectandam sese exhibuit Cœli Regina, gestatum inter brachia puerum JESUM tibi amplectendum concedens: cui cùm de pauperibus cibis aliquid offerres, aliud ille convivium tibi post triduum promisit; ad quod, Sacris ritè præmunitus horâ præfinitâ lætus migrâsti. Inter illa sepulas jam felix, mei tanquam famelicî mendicî memor, de micis gratiarum cœlestium ut mihi aliquid elargiaris, anxie rogo. Nôsti enim utique paupertatem
ani

anima mea; ad quam si sponsus cœlestis, uti ad te, diverteret, non haberet, quod de pau virtutum promeret, dilectioque apponeret: Tu ergo de abundantia tuâ supple defectum meum.

B. GODEFRIDE à S. Mauro, sacri *Obijt*
 Ordinis Cisterciensis in Congregatio- *anno*
 ne Fuliensi monache; qui tenerum cor- *1611.*
 pus dirissimis verberibus dilacerando, *Sacri*
 sæpe totus sanguine madebas. Nun- *devota*
 quam ad tremendum Missæ Sacrifici- *celebra*
 um accedebas, nisi prius per solide ho- *tio.*
 ræ spatium, profundâ contemplatio-
 ne Dominicæ Passionis mysteria, inter
 copiosos lachrymarum imbres, cordi
 tuo impressisses. Ægrotis, & moribun-
 dis mirâ atque indefessâ charitate, per
 suavia, & amore Divino inflammata
 alloquia, subvenire gaudebas. Deniq;
 hujusmodi laborum & vitæ rigor in-
 firmi tui corporis vincula solvit, à qui-
 bus anima libera ad libertatem æter-
 nam evolavit. *Ab quoties aridus & sic-* *Eucha-*
cus accedo ad SS. Mysteria! Tu, quæso, ex *ristiæ*
lachrymarum illarum flumine, quæ devo- *digna*
tissimè olim ex oculis tuis manârunt, gut- *suptio.*
tam in saxum cor meum immitte, ut eâ e-
mollitâ & purgatum, dignius deinceps re-
ceptaculum tanti thesauri efficiatur.

B. OZILIA, S. Julianæ Cornelien- *Vixit*
 sis individua comes: cum qua diutur-

8 ANNI CISTERCIENSIS

*circa
annum
1240.*

*Vita
brevis,
æterni-
tas lon-
ga.*

nas persecutiones longumque exilium
perpessa es; invicto tamen animo per-
severans; tandem ex hac miseriarum
lacunâ ad paradisum cælestem emigrâ-
sti, geminum exilium feliciore patriâ
commutans. *Utinam et ego hujus terre-
ni exilij brevitatem sæpe & seriò cum cæle-
stis patriæ infinitâ æternitate conferrem,
& exinde discerem, hujus vitæ momenta-
neas misérias forti, hilarique animo, per-
ferre; utpote quas excipient immensa gau-
dia, digna, pro quibus mille mundi cum
suis vanitatibus contemnantur.*

S. BERNARDUS, serm. 1. de diversis.

Momentaneum hoc, & leve tribula-
tionis nostræ, supra modum in sub-
limitate æternum gloriæ pondus o-
peratur in nobis. [2. Corinth. 4.]

*Adhor-
tatio ad
patien-
tiam*

*Perge ergo murmurare, & dicere: ton-
gum est, grave est; non possum tam im-
mania, & diuturna portare. Aposto-
lus momentaneum, & leve perhibet
esse, quod tolerat. Et certè necdum à
Judeis quinquies quadragenas unâ
minus accepisti; necdum nocte ac die
in profundo maris fuisti; necdum plus
omnibus laborasti: postremò necdum*

usq;

usq; ad sanguinem recepisti. Vide ergo, quàm non sint condigne ad gloriam passionis.

4 Januarij. Pridie Nonas.

B. GUILIELME walchæ, à pri- *Obijt*
 mâ juvenute sub Cisterciensium *anno*
 disciplinâ fideliter educate, & ob infi- *2577.*
 gnes virtutes ad Episcopatum Miden-
 sem promote. In quo cum orthodoxe
 Fidei veritatem cõtra novatores stre-
 nuè propugnaret, jussu impiæ reginæ *Longiâ*
 Elisabethæ in tetrum carcerem detru- *maria-*
 sus, tredecim annis dura vincula, aliâq; *rium.*
 incommoda patienter pertulisti. Inde
 publicâ sententiâ in exilium ejectus, sed
 ob devotos carceris squalores per-
 petuò lægvidus, Compluti in Hispaniâ
 diem supremum obiisti celebri sancti-
 tatis famâ: cujusestem habuisti virum *Innocē-*
 clarissimum, quo ad ultimam exomo- *tia ra-*
 logesin utebaris. Is enim constanter *ra.*
 de te asseveravit, nullam letalem no-
 xam toto vitæ tempore à te fuisse cõ-
 missam. *Acquire tuis pro me precibus*
 tantam mihi divinæ gratiæ efficaciam, ut *Horror*
 ab hâc horâ usque ad vitæ finem nunquã *à pecca-*
 in peccatum deliberatè consentiam: imò *to.*
 paratus sim, potiùs æternos carceris cru-
 ciatus subire, quàm **DEUM** vel leviter sci-
 ens volens offendere.

10 ANNI CISTERCIENSIS

*Vixit
circa
annum
1160.*

B. CISINANDE, Melliflui BERNARDI alumne, & illi ob vitæ puritatem singulariter dilecte. A quo in Hispanias missus multum laboris ac sudoris in exstructione monasterij S. Joannis de Tarouca pertulisti: nec ab indefesso studio amplificandi sacri Ordinis cessasti, donec te beata mors de labore ad requiem evocaverit. *Non possum DE.*

*Gratia
Divina.*

O non placere, si Bernardo placuero. Tu igitur impetra mihi à DEO virtutes illas, quas melleus amator tam tenerè in te dilexit. Scis, illa charismata non esse mearum virium, sed Divinæ clementiæ dona; certius non impetranda, quàm amicorum DEI suffragijs.

*Obijt
anno
1560.*

B. ELISABETH Sanctimonialis Vallis-Rosarum, animi demissione, & patiendi ardore celeberrima; quæ scommata & diæteria promptiore ac pacatiore animo, non solum excepisti, sed & expetijsti, quàm alij laudes. Vilissima etiam exercitia studiosè sectabaris: noctu enim ancillarum munia occupans, vasa & supellectilem monasterij mundabas, ut interdum sine interruptione divinis rebus vacares. Sicque prudens Virgo bonorum operum lampade ornata; & oleo gratiarum abundans, ad cœlestes amati Sponsi nuptias es admissa; Angelis ad exequias lætum tibi epitha-

epithalamium accipientibus. Deprecare pro me *Electum* ex millibus *Sponsum* tuum, ut animam meam, quam arrhâ preciosissimi Sanguinis sui sibi copulavit in sponsam, servet à nâvis, qui purissimis ejus oculis displicent, immaculatam.

S. BERNARDUS, serm. 7. in Cant.

Anima, qua diligit Deum, sponsa vocatur: hæc enim duo nomina, sponsa & sponsus, maximè indicant internos affectus: his enim omnia cõmunia sunt: una hæreditas, una domus, una mensa, unus lectus, una caro. O quanta amoris vis, quanta in spiritu libertatis fiducia!

Anima
amans
sponsa
Christi.

5 Januarij. Novis.

BIDA, Argensolij Abbatissa, quæ pijsimè tum à parentibus, cum à sanctimonialibus Ordinis S. P. Benedicti educata, sacras ædes jam infans frequentabas. Tenerrimi corpusculi membra icribus flagelli, vix obtentis per ætatem ad talia viribus, lacerare; per hyemem rigenti frigoribus humo affixa, totas noctes in oratione transigere; plurimos dies pane solo, & aquâ victitare solebas. Cùm autem hic vitæ

floruit
circa
annum
1234.

Matu-
ra ante
ætatem
virtus.

IN ANNI CISTERCIENSIS

rigor graves tibi morbos accerseret, eos ut gratissima patientiæ exercitamentum, invicto spiritu fortissimè tolerabas. Majoris perfectionis avida, è monasterio ad Cistercienses, de licentia superiorum transiisti: ubi per paralyfin diu lectulo detenta, prodigosè die D. Leonardo solemni subitò integrè convalescisti. Alijs deinde morbis, ad meritum augmentum bis, tēq; afflicta, multa per id tempus cœlestium favorū charismata experiebaris: præsertim in inspiciendis cordium arcanis: ex quibus multorum cōscientias solatio, alias objurgatione & pijs monitis erudiebas.

*Anima
in Pur-
gatorio
juvan-
tur.*

Neque pietatem tuam intrà hujus orbis terminos continebas, quin et miseros in flammis piacularibus detentos sublevares, quos frequenter per tuas preces ereptos coram te, gratias agentes conspexisti: uti etiam cœlestes Genios pulcherrimâ specie tibi non rarò apparentes.

*Passio-
nis Do-
minicæ
medita-
tio.*

Quando Christi Servatoris arma, Passionem ejus repræsentantia, contemplatione penitiorè revolvebas, tota in lachrymas solvebaris. Divinæ majestati tam eras accepta, ut nullius unquam petitionis repulsam tuleris. Veneratione singulari te Comitissa Campaniæ Blanca colebat: Unde monasterium ex voto à se con-

firm-

structum in tui favorem Cisterciensibus attribuit, & tuæ fidei regendum commisit: magno quidem suo emolumento; utpote non tantum ab hoste infensissimo mox libera, sed & postmodum à repentinâ morte per te servata. Cùm enim aliquando intentius orationi vacares, Angelum vidisti, Comitissæ cervici fatali ictu gladij minitantem: tu verò te mediam statuens, lachrymis impetrâsti, ut illi furor Domini parceret, darétque poenitentiae locum, & strictum ferrum in te converteret, gaudentem; quòd animam tuam pro Benefactrice ponendo, summum Christianæ charitatis fastigium attingeres; simulque impleretur ardēs desiderium tuum, cupientis dissolvi & esse cum Christo. Ceterum durante regimine cùm dæmon quadam nocte subjectas tibi Virgines tam profundo somno merisset; ut præter te solam nulla ad cantandas matutinas DEO laudes compareret; insultantem, fœdèque cachinnantem malignum coëgisti, ut iisdem gestibus omnium seculis oculis conspicuum daret. Quo injucundo spectaculo, facile est cogitare, quàm vigiles deinceps effeceris. Non cessat etiam nunc vaserrimus hostis laudes divinas suis fraudibus impedire: *in*

*Mortē
sustinēs
pro be-
nefact-
rice.*

*Dæmon
femina
parere
cogitur.*

ora.

14 ANNI CISTERCIENSIS

ora, ut eius technas alacri vigilantia, & fervore devotionis ad nihilum redigam.

Obijt
anno
1240.

B. ALACHRINE, in Casamario disciplinis monasticis imbutus: qui pietate & scientia a deo nominatus eras, ut a summo Christi in terris Vicario Romanam vocatus, spiritu Apostolico igneus, velut alter Elias, in ore gladii, quod est Verbum DEI, heterodoxos potenter exterminaveris, magno Catholicæ veritatis incremento. Ad solium Episcopale erectus, missusque Apostolici Legati titulo in Teutoniam, Bononiæ magnum sui Ordinis Patriarcham Dominicum invisisti. Ubi jucundum mutua humilitatis certamen spectari poterat; dum uterque in alterius sanctimoniâ cum admiratione defixus, DEI in se dona ipsa occultatione manifestabat. Peractis feliciter Nunciaturæ commissæ negotijs, post viginti annorum in Pontificiâ sede regimē ad sedes Beatorum conscendisti.

Vocati-
oni re-
spondē-
dum

Doce me vocationis meæ negotio fideliter ac solerter incumbere; ut quoscunque de meum labores sacra Obedientia præscribat, prompto animo, sine contradictione partes meas implere satagam.

S. BERNARDUS, ser. 3. de Circum-

Non dedignandum est servo, quod præ-
cessit

cessit in Domino: siquidem non est servus major Domino suo. Ille enim cum jam crevisset etate, sapientia, & gratia, apud Deum, & homines: cum jam duodecim annorum esset, & remansisset in Jerusalem, inventus à B. Virgine & Joseph, cujus filius putabatur, in medio Doctorum, audiens illos, & interrogans: tamen descendit cum illis, & erat subditus illis. Et tu ergo subditus esto propter illum.

Obedi-
entiam
docet
Christus
suo ex-
emplo.

6 Januarij. 8 Idus.

SEDILWALDE Episcopo: qui Cistercij legibus in Melrosâ collum subjiciens, tantum profecisti; ut tuis meritis ita exigentibus, ad cathedram Lindisfarniensem sublimari merueris: in quo populum tibi commissum exemplo & doctrinâ fideliter instruxisti. Fac, ut es ego semper meminerim status mei, ad quem me Deus misericorditer vocavit: & accepta ab eius Paternâ bonitate gratia talenta non abutar ad eum offendendum, sed ea fideliter impendam ad ejus gloriam, & animæ meæ salutem.

Floruit
circa
annum
1300.

B. DIDACE Oxoniensis Episcopo: qui secretioris & purioris vitæ institu-
endæ

Obijt

16 ANNI CISTERCIENSIS

anno
1207.

endæ desiderio, unâ cum D. Domini-
co Romam petijsti, ut honoris sarcina-
nam deponeres: sed voti non factus
compos, in Archicœnobio Cistercien-
si habitum sacri ordinis assumens, per
aspera viarum pedibus nudis iter faci-
ens, te totum animarum lucro contra
Albigensium errores impendisti. Ad
folium solûmque proprium reversus,
Cisterciensem monachum tam humi-
liter, quàm laudabiliter populi Pasto-
rem egisti: donec bonorû operum co-
piofa messe, collecta meritorum ma-
nipulos cœlo intulisti. Porro sancti-
moniam tuam plura post obitum mi-
racula comprobarunt. *Dona me san-*

Cura
salutis
proprie
ac pro-
ximi.

*cto illo fervore promovendæ tam meæ,
quàm proximorum animæ salutis: ut illi
prodesse studeam bono exemplo; mihi verò,
extirpatione vitiorum, per serium pœni-
tentiæ laborem; & plantatione virtutum
per sedulam disciplinæ regularis obser-
vantiam.*

Vixit
circa
annum
1187.

B. JACOBE, Vallis S. Lamberti mo-
nache; qui adolescens monasticæ disci-
plinæ addictus, purissimè intrâ clau-
stri latebras vixisti; omnes delicias in
solâ orationis devotione quærere as-
suetus: nec aliter vitam, quàm ut pi-
issimè peracta est, ita felicissimè clausi-
sti. *Est unigue hujus misera vita ingens*

solâ

Solacium devota oratio; felix contra satanę insidias munimentum, & vulnerum anime efficacis medela. Cujus tamen velut me vacuum esse doleo, ita te rogo, ut vere devotionis gratiam mihi à Deo impetres.

Oratio.
nis de-
votio.

S. BERNARDUS, ser. 3. de Circūc. 5.

Roga tibi dari devotionis lumen, diem serenissimam, & sabbatum mentis: in quo tanquam emeritus miles in laboribus universis vivas absq; labore; dilatato nimirum corde currens viam mandatorum Dei. Ut quod prius cum amaritudine, & coactione spiritus tui faciebas, de cetero jam summa dulcedine peragas, & delectatione.

Requi-
es ani-
mę, de-
vota o-
ratio.

7 Januarij. 7 Idus.

Venerabilis Virgo Vidua ELISABETHA de Wans, ex prosapia longè nobilissima Eburonum oriunda. Quę etatis tuę primitias in Aquiriensis monasterio inter sacras Virgines Cistercienses DEO consecrasti; Velum jam tum susceptura; nisi parentes cęco amore propagandi ex te stemmatis, in vitam militi copulavissent. Qui tamen, ut erat probitatis eximie, Chri-

Vixit
anno
1224.

Conju-
gium
isti

Virgineum. sti sponsam temerare non præsumens, integro anno ejusdem thori societate tecum ita usus est, ut profas intactâ ad monasterium remiserit. Nec amisisse te, sed feliciter mutasse sponsum, statim fuisti experta; dum Sponsus castarum animarum Christus, in Cruce pendentis formâ, toto triennio diu noctûque tibi spectabilis adfuit: cùmque mundanæ cogitationis aliquid in cor tuum ascenderet, illicò solutam à ligno manum ori tuo imposuit, donec divini amoris flammæ cor tuum conciperet. Sponso succedere cœlestes ministri, quibuscum aut familiaria de arcanis mysterijs colloquia miscebas, aut ijs deducantibus in intima cœli secreta penetrabas: ubi non beatos duntaxat, sed & alios ad vitam immortalem vocandos, tam perspicaci oculorum acumine conspiciebas; ut eosdem postmodum, licet aliunde ignotos, ex facie agnosceres. Hos inter nobilis quædam virgo fuerat: quam cùm mundo muliebri superbè comptam, videres eo ornatu futuri conjugis amores venari; eidem vaticinata es, non in alio, quàm virginali statu morituram: eventus veritatem nemine non admirante, cùm & ipsius & parentum vota longè aliò propendere palam foret. S. Lutgardi

sum-

summè familiaris eras: cujus sanctæ
 morti assistere, & ab eâ, jam beatâ ad
 nuptias cœli invitari meruisti. Ora
 Divinissimum amatorem tuum, ut non
 subtrahat mihi (licet id peccata mea mere-
 antur) oleum gratiæ & misericordiæ suæ:
 sed ex illo inexhausto fonte meritorum, a-
 marissima Passionis & Mortis suæ impin-
 guet animam meam, quo ditata tanquã
 prudens virgo, introire mereatur ad nu-
 ptias sponsi.

Oleum
 Gratia
 Dei.

S. BERNARDUS, serm. 7. in Cant.

Sponsa dicitur illa, quæ amat: amat
 autem, quæ osculum petit. Non petit
 libertatem, non mercedem, non here-
 ditatem; sed osculum: more planè ca-
 stissimæ sponsæ, ac sacrum spirantis a-
 morem; nec omnino flammam dissi-
 mulare valentis, quam patitur.

Vera
 Sponsa
 quæ?

8 Januarij. 6 Idus.

B. TORPHIME, ab adolescentiã il-
 lustris sanctimonix famã: quæ eti-
 am te ex umbrâ claustrî extractum,
 gloriosè in aperto Episcopatûs Hu-
 mariensis theatro collocavit. Ex quo
 nunc publicis, nunc privatis congressi-
 bus hæreticorum errores confutasti.

Obijt
 anno
 1244.

Quo-

Quorum invidiâ expulsus in exilium, velut antea egregij pastoris personam strenuè implevisti; ita in erumnis, naufragio, egestate, ac morbis, invictum patientiæ pugilem te præstitisti. Quas tuas insignes victorias, æterni triumpho laureâ in cœlo esse coronatas, manifestè indicavit suavissimus odor, qui è sepulchro tuo emanavit, quando sacri corporis tui exuviæ ex humili ad altiore locum sunt translatae. *Affla*

Perseverantia. *mibi odorem tuarum virtutum. Impetra mibi immobilem in bono perseverantiam, ne patiatur anima mea peccati naufragiû, sed de portu innoxia conscientia transeat ad æternæ salutis felicem portum.*

Circa annum 1300.

Apostata conversus.

Penitentia.

B. BERNARDE; qui laudabile vitæ religiosæ principium, suadente maligno deserens, atque ad pestifera mundi flagitia festinans, à Christo Servatore per visum increpitus, ad asceterium redijisti: ibique non solum admirandæ austeritatis pœnalia opera, sed & sanctitatis signa præclara dedisti: prodigijs etiam post mortem prodentibus, quæ fructum ex gloriosâ pœnitentiâ reportaveris. *Amaram quidem videtur habere radicem pœnitentiæ arbor; sed tu experimento tuo docuisti, quàm nobiles fructus pariat, si patientia constans ad maturitatem perduret. Excita ergo me, ut te sequar,*

non attendens ad laborem temporis, sed potius momenti brevissimi, sed ad premia gaudij nunquam finiendi.

S. BERNARDUS, serm. 1. de divers.

Quòd si usque adeo regnat in te peccatum, : imò usque adeo delectat te servire peccato, ut doleas, tibi modicum tempus esse, quo servias ei : sed eousq; latam diligis viam ; ut omnimodis opes, si possis, eam facere longam : velis nolis, non longè est finis ejus : sed tu, fateor, longè es à regno Dei, & firmissimum pepigisse vidèris cum morte fœdus, pactum cum inferno.

Peccato
ris im-
penitē-
tis peri-
culum.

9 Januarij. 5 Idus

B. PETRE, Caduini monasterij in Aquitania monache, omnibus singulariter chare, & venerabilis. Cùm enim in te esses severissimus; in ceteros omnes lenitatis & mansuetudinis (velut sol quidam terrestris) amabiles radios effundebas. In choro pietatem, in refectorio sobrietatem, silentium ubique, nullibi non demissionem animi exhibebas. Ejusdem Caduini Religio-

Floruit
circa
annum
1218.

Icon
veri Re-
ligiosi.

ole

32 ANNI CISTERCIENSIS

Circa
annum
1225.

ose, B. RADOLPHE, postea Godonij
Abbas, itidem multis virtutibus clare.
*Juvate uterq; infirmitatem meam vestra
interpellatione: docete me sobriè justè & piè
vivere in hoc seculo, ut merear in altero
vivere vobiscum beatè.*

Ob. añ.
1231.

B. JOANNES, è Villario ad mona-
sterium Grandipratense destinate Ab-
bas: qui cùm te ad debellandam tua e-
ruditione, & sanctimonia Albigen-
um hæreticorum insaniam accingeres,
in ipso pijsissimi conarûs initio trium-
phantem animam cœlo asseruisti. *Ade-
sto mihi, contra caput rebellium, & omni-
um errorum principem decertanti: nec pa-
tere, ut me ipsum damnabili in peccatum
consensu sponte nequissimo hosti dedam.
Non sum de corona dubius, si pugnantiem
me mors invenerit.*

Certan-
dum

Vixit
circ. añ.
1230.

B. URRACA, fundatrix monasterij
Barrensis, & ibidem à mariti obitu hu-
milis monialis. Quæ licèt esies regio
stemmate clara, te tamen infra omnes
vilissimam exhibuisti. Atque ita mu-
tato trasitorio mundi cultu in nobilif-
sima animæ ornamenta, sanctarum
mulierum in cœlo numerum auxisti.

Mundi
contem-
ptus. *Instrue me utilissima hac scientia, qua ve-
rè agnoscam hujus vite vanitatem, repu-
témque, quidquid mūdi est, ut stercore, ut
Christum lucrifaciam.*

B. SA.

B. SALOMON, qui primùm D. Benedicti, dein Præmonstratensis Instituti deserti temerariè signis, demum pœnitentiâ ductus sub vexillo Cisterciensi in Hemmenrode per sex menses tanto fervore militasti; ut nihil rigoris, nihil austeritatis intermitteres, non lachrymis, non gemitibus modum dares. Ita consummatus in brevi, explevisti tempora multa: veluti testati sunt viri gravissimi, qui animam tuam, luce splendidissima cinctam, in cœlos evolantem conspexere. *Ah etiam mihi dulcem redde pœnitentiæ laborem; qua utique summo pere post tot commissa peccata indigeo. Peccasse, fragilitatis humanae fuit: sit nunc divinae gratia, per te mihi impetranda, dignos facere fructus pœnitentiæ.*

*Circa
annum
1212.*

*Deser-
tor ve-
rè resi-
piscens.*

*Pœnitē-
tia.*

S. BERNARDUS, ser. 1. de diversis.

Quid in incertum dies & annos numeras? Transit hora, transit & pœna; nec accedunt sibi, sed cedunt potiùs, & succedunt. Non sic gloria, non sic remuneratio, non sic merces ipsa laboris: nescit vicissitudinem, nescit finem; manet tota simul, & manet in æternum.

*Pœnitē-
tiæ cō-
dimen-
tum*

10 Januarij. 4 Idus.

Obijt
anno
1209.

S. GUILIELME, clarissima nate
 te deducta: quam tamen generis no-
 bilitatem sanctimonie claritudine lo-
 gè transcendisti. Adhuc prætextatum
 curæ Avunculi tui, Sueslionensis Ar-
 chidiaconi tradidit parentum sollici-
 tudo: ubi cum & morum ingenia su-
 avitas, & facile capiendis artibus inge-
 nium te passim commendarent; non
 alio, quàm virtutum ambitu Sueslio-
 nensi, & Parisiensi Canonatu dona-
 tus es. At illud ipsum donum, quia
 periculosis mundi blandimentis nimi-
 um videbatur obnoxium, respuens, in
 eremo Grandimontensi verè pauperem
 piàmque vitam transegisti. Ad mayo-
 rem tamen vitæ austeritatem aspirans,
 Pontigniaci Cisterciense Institutum
 amplexus; Prioris primùm officio, in-
 de Abbatis Fontis Joannis; rursus Ca-
 roli-loci prope Sylvanectum, ubique in
 celeberrima sanctimonia es perfunctus.
 Demum fama pietatis ac virtutum in
 dies excrecente, in Primatem Bituri-
 ricensis Ecclesiæ electus es. In cujus
 dignitatis fastigio collocatus, victus ri-
 gore, animi demissione, & orationum
 instantia Monachum; in iuvandis ege-
 nis

uis, & afflictis, communem omnibus
 te patrem, in sustinendis contradic-
 tionibus & persecutionibus, novū quen-
 dam primitivæ Ecclesiæ Apostolum
 exhibebas. Hanc tuam sanctissimam
 vitam copiosa prodigia comitabantur.
 Nam cuidam nobili fœminæ tuis pre-
 cibus fœcunditatem; Presbytero sani-
 tatem manûs aridæ contulisti. Cùm
 autem jussu Innocentij III. contra Al-
 bigenses gladio Verbi DEI, & milita-
 ribus armis dimicare parares, in ipso
 suggestu, dum illa Apostoli verba ex-
 poneres: *Hora est jam nos de somno sur-
 gere: somnum mortis adesse sentiens,*
 decretorium certamen SS. primùm Sa-
 cramentis præmunijsti: dein post de-
 cantatum coram te Matutinale officii-
 um, proprio nisu te in terram depo-
 nens, in cinere & cilicio placidissimè
 exspirasti: pulchriori vultu, quàm vi-
 vi fuerat, post mortem conspicuus. Il-
 la verò nocte, qua obieras, globus i-
 gneus supra Basilicam, tibi ad sepul-
 chrum designatam, visus, manifestum
 obtentæ gloriæ cœlestis signum fuit;
 quemadmodum etiam innumera mi-
 racula, quæ ad solum attactum tui cor-
 poris triduo publicè expositi, sunt pa-
 trata. *Imprime firmiter animo meo serivimus
 illud Gentium Doctoris monitum: Hora*
816186708
con/jur-
Etio.
Morsis
genus
oprabi-
le.

26 ANNI CISTERCIENSIS

Vigilandum an
te somnum mor-
bis.

est jam nos de somno surgere: ut cum certum sit, singulas vite mee horas, si vigilem, esse totidem subsidia ad felicem mortem & aeternitatem; per hanc tubam omni hora excitatus, studeam vigilans inveniri, quando me districtus Judex ad reddendam rationem vocabit.

Obiit
anno
1293.

B. THEOBALDE, qui postquam in Claravalle Priorem, ac inde Gratiae Dei Abbatem eximia cum laude egisses; totius S. Ordinis Superior Generalis, ordine XXVII. electus, non tam dignitate muneris, quam excellentia virtutum eminebas: praesertim infracta mentis constantia inter adversa, quae tunc non leviter S. Ordinem affligebant. Jam dudum sapientissimus mortalium mortales omnes praemonuit: nihil esse in hoc mundo, praeter vanitatem, & afflictionem spiritus. Doce me igitur, ut forti animo feram communem omnibus fortunam; & tanto ferventius aspirem ad vitam alteram, in qua nulla afflictio, sed pax, libertas, gaudium spiritus florebit in perpetuas aeternitates.

Desiderium
Patris
caelestis.

Obiit
anno
1620.

B. JOANNES à S. Hieronymo, qui cum esset secundus Fulcensium Generalis, primævum Patrum Cisterciensium rigorem strictissime observans, & observari curans, sancto sine Romae quievisti: cujus apud DEUM merita pluri-

pluribus post obitum miraculis inno-
tuere. *Arctam quidem elegisti ad cælum
viam; sed cuius austeritatem mitigavit a-
mor amplissima retributionis: qui utinã
& meum afficeret animum; non uique
horrerem per uia te vestigia sequi.*

Spes
Premij
excitat
ad labo-
rem

S. BERNARDUS, serm. i. de divers.

*Habentes ergo promissionem in charis-
simi, non deficiamus, aut fatigemur
aliquando; nec grave causemur o-
nus Christi, quod teste ipso leve est;
vel iugum quod revera suave est: sed
omne, quod videmur portare, onus di-
ei, aeternum gloria pondus cogitemus.*

II Januarij. 3 Idus.

B GUILLIELME, qui ab ineunte *Obis*
aetate in Cistercio educatus, ex Ab- *anno*
bate Firmitatis Antistes X Cistercij ad- *1179*
optatus, universum S. Ordinem tuarum
virtutum luce decorasti; maximè dum
sæva per Galliam fame grassante, fa-
mam verè benigni sanctiq; Presulis tua
in pauperes liberalitate reportasti. Pa- *Panis*
sce me pane illo divina gratia, quo tu in- *Gratiae*
ser cæli cives nunc abundas: pane nimi- *divinae*
rum vitæ & intellectus; cum non alia a-
nima lux & vita, quàm gratia Dei.

B 2

B. Pe-

88 ANNI CISTERCIENSIS

*Floruit
circa
annum
1228.*

*Absolu-
ti à pec-
catis ex
caelo.*

*Contem-
plator
Passio-
nis Chri-
sti.*

B. PETRE de Confluentia, qui de-
siderans esse inter beatos illos, quibus
bonum esse Propheta dicit, cum porta-
verint Domini jugum ab adolescentia
sua: in primo ætatis flore sacrum Ci-
stercienne Institutum in Monasterio
Hemmenrodensi amplexus es. Ubi te
ob singularem modestiam Abbas Ca-
rolus; ob vitæ puritatem & innocentiam
cælum intimè amavit. Adhibe-
bat ille te ad ministerium sacri Alta-
ris: cumque aliquando post solito mo-
re dictam Confessionem, pronuncian-
dam ab illo consuetam Absolutionem
præstolareris; è cælo delapsa vox ejus
verba prævenit, quæ te à peccatis ab-
solutum & immunem asseruit. Haud
rarò etiam dum eidem sacrificanti assi-
steres, audisti Angelos suavissimè acci-
nentes. Seponebas quotidie certum
tempus, quod contemplationi de Je-
su Patiente tota cordis contentione
impendebas. Et quanquã initia piissi-
mæ hujus exercitationis arida, & fru-
ctu caritura videbantur, perseverantia
tamen tua effecit, ut nunquam sine o-
ptato amoris Divini incendio ab illo
secessu redires. Quin denique ipsum
Servatorem exorasti, ut ad imprimen-
dam altius Dolorum ipsius memori-
am, te tibi Sanguine suo sacratissimo
rubra-

rubentem offerret spectandum. Neq; hic stetit Divina misericordia. Nam cum ardenter desiderares non mentem solum, sed & corpus ab omni labe purum conservare, idque coram Christi in cruce pendentis imagine gemitibus & lachrymis magis quam verbis postulares, Puritatis amator solutis de ligno brachijs te amplexatus, omnem in te sensum extinxit, quo desiderata munditia lædi potuisset. Liquefecit tanta amoris prærogativa cor tuum: unde mirum non fuit, vix unquam posthac siccos à fletu te oculos habuisse, lachrymas eliciente tum memoria peccatorum, quibus impij Deum offendunt, tum amoris ac bonitatis Divinæ abundantia, quam in omnes, etiam sceleratissimos non cessat effundere. Ad quos de criminum barathro educendos, Apostolico spiritu succensus, Theoderico Livoniæ Episcopo te socium adjunxisti: ac postquam per plures annos barbaris illis gentibus Legis Christianæ præcepta tradidisti, in ipsis sanctis laboribus vitam posuisti. Ora Deum, quem tam propitium sibi expertus es, ut & meum cor emolliat: & quod hætenus ad ejus toties repetitam vocem durum fuit, nunc tandem liquecat, seque cum eius sanctissima voluntate perfecte uniat.

*Christi
ample-
xu con-
fert deo-
rum
puritas.*

*Causa
lachry-
marum.*

*Vox di-
vina au-
dienda.*

90 ANNI CISTERCIENSIS

S. BERNARDUS, ser. 5. de diversis.

Vox

Deinūc
amabi-
lis, post
formi-
dabilis.

Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra. [psalm. 94.]

Utilius namq; & multò salubrius est, hodie eum audire consulentem, consolantem, admonentem, docentem, & ut multum, arguentem, increpantem corripientem; quàm in die illa tam amara, tam lugubri, tam tenebrosa, audire illum judicantem, indignantem, ulsistentem, sevientem, condemnantem.

12 Januarij. Fride Idus.

Obijt

anno

8366.

S. ALFREDE, quem nobilitas generis, & preclara indoles, Davidi Scottorum regi in primis charum, gratumque fecit; quibus tamen amoribus suisque deque habitis, pro epulis jejunia, pro fastu paupertatem, in Rievallensi monasterio quæsiisti: tota stupente Insula, quòd florentis ætatis delicias, aulae, & fortunæ ardentis favores tanta mentis generositate contemneres. In Abbatem electus vix persuaderi poterat ad acceptandam dignitatem, etsi esses dignissimus: sicut alios quoque honores à Rege oblatos, pertinaciter recusasti. A negotiorum æstu libero

gratius non fuit refrigerium, quàm sacra solitudo; in qua plus quàm quadraginta libros, cœlesti potiùs, quàm humana eruditione refertos elucubrasti. Quod denique omnium laudum compendium est, alterum te BERNARDUM communis per orbem fama deprædicabat; cui te similem fecerunt spretæ Infulæ; contempta mundi gloria, & contemptorem sequens; quæsitâ quies, sed sæpiùs charitate urgente interrupta, in pertractandis regni negotijs; tum zelus tuendæ Justitiæ; morum & eloquij plusquam mellea suavitas: & demum scientia infusa, quæ solum Deum agnosceret magistrum: ad cuius etiam in cœlo gloriam tua te sanctitas evexit. Exora mihi à Deo spiritum illum, quo tu in tuis ad Deum soliloquijs utebaris; ut eodem devotionis fervore tecum suspirem, dicamque: [Quasi vi in hujus vitæ consolationibus requiem infelici animæ meæ; sed ubique labor & gemitus. Clamasti, Domine, clamasti, vocasti, terruisti, rupisti surditatem meam. Audi vi, sed heu serò, clamantem. Itaque intendi in meipsum quid essem, ubi essem, qualis essem. Exhorui & expavi, Domine, propriam effigiem meam; terruit me tetra imago infelicitatis animæ meæ. Cæpi ergo conijcere, quantum in expertus potui, imò quàmvis suæ dedisti,

S. Bernardo
similis.

Sui ipsius
us consi-
deratio
efficit
recursum
ad Deum.

32 ANNI CISTERCIENSIS

quanta in tua dilectione jucunditas, quanta cum jucunditate tranquillitas, quanta cum tranquillitate securitas &c.

B. GUILIELME, S. Theodorici in Ordine D. Benedicti quondam Abbas; ac eo tempore Mellifluo BERNARDO intimè familiaris. Quem cum in suo tugurio sub rustici stentoris cura laborantem inviseres, summè admiratus es, beatissimi Patris serenam animi tranquillitatem, in vexatione tam dira & prorsus inhumana. Tu interim feбри correptus, ab eo sic afflicto altera vice sospitati restitutus es. Ardenter optabas, relicta Abbati-ali dignitate, in Claravalle monachum sub paterna ipsius directione profiteri, sed nullis precibus ab eo impetrasti, ut consentiret. Mox verò ut cœlis receptus est, nemine jam obstante, Signiaci habitum Cisterciensem induisti: ubi præter alia præclaræ eruditionis monumenta posteritati relicta, egregijs commentarijs BERNARDI gesta laudasti. Tandem ætate & laboribus exhaustus, ad dilectum BERNARDUM tuum, non ampliùs in casam Claravallensem, sed ad claritatem cœlestis Jerusalem emigrasti. *Inflamma me amore ignito, quem in dulcissimum amicum tuum Bernardum gerebas: ut illum ubique*

Obijt
anno
1220.

Scriptor
vica S.
Bernar-
di.

AMOS

oculis ad actionum mearum moderationē
 proponam, illum in melleis scriptis suis stu- erga S.
Bernar-
dum
 dium perfectionis tam seriò inculcantem,
 pro viribus sequar. Ille vicissim mihi suc-
 currat in necessitatibus meis; adiuvet pu-
 gnantem in tentationibus; donec industri-
 am in laboribus; adsit unà tecum mihi in
 ultimis mortis sudoribus; jungat denique
 me sibi, tibi que in illa felicitate, ad quā
 suspiravi, cum scripsis:

S. BERNARDUS, ser. 2. de divers.

Quando veniam, & apparebo ante fa-
 ciem Dei? Quando cessabunt hæc om-
 nia, & jam non erit amplius neq; lu-
 ctus, neq; clamor, sed nec ullus dolor?
 Quando inebriabit animam ubertas
 domūs Dei, & torrens ille indeficiens
 Voluptatis divinæ? Quando totam si-
 bi eam serenissimi contemplatio lu-
 minis vendicabit? Filioli, concupis-
 camus in atria Domini; crebrò suspi-
 remus illuc.

Gemit^o
 anime
 suspirā-
 tis in
 cælum.



13 Januarij. Idibus.

*Obijt
bac die
anno
1337.*

BIVETA, quæ à nobilibus, ac successione numium avidis parentibus invita, anno ætatis tertio decimo, in matrimonium collocata, adeo aversum à voluptatibus animum gerebas; ut ijs vix libatis apertè fueris protestata: si ante contracta vincula tibi constitisset, subundum tam necessario in illo statu pudoris naufragium; nullo parentum imperio, nulla vi ad nuptias cogendam fuisse. Ex qua tamen animi tortura te mariti mors intra quinquennium exemit. Postquam cum insignis forma & opum abundantia plures procos alliceret, qui te ad secundas nuptias expeterent, pertinaciter omnes rejecisti. Verùm qui sub honestatis specie mentis constantiam labefactare non poterat, confucta larvarum suarum machinamenta adhibuit pudicitia hostis: ea tum maximè obiciens, quando inter matutinas tenebras ad Ecclesiam properabas. Et concutiebant haud immeritò te fœda inferni monstra; ijs tamen divina illustratione agnitis, imperterrita præmissis Crucis signa, fugam imperasti. Majoris periculi pugnam ciebat adolescens; qui affinitatis jure liberius ædes

tuas

*Damon
Crucis
signa
fugam
ait.*

tuas frequentans, cum verborum &
 innocinia nihil moverent, vim para-
 bat, solam furto noctis oppressurus,
 nisi pro te coelum certasset. Jam enim
 pessulum ostij removerat, pedem mox
 & injuriam illaturus: cum tu inter an-
 gustias alterius auxiliij ignara, afflicto-
 rum solatium **MARIAM** invocās, illicò
 hac Stella lucente securitatis portum
 tenuisti. Nam ipsa caelesti lumine ra-
 dians, cubile ingressa, adeo tenebrio-
 nem percelluit, ut jam de fuga magis,
 quam de scelere sollicitus, tremebun-
 dus viam ad stratum suum relegerit.
 Non placuit ultra cum his periculis lu-
 stari. Quare ut eorum ansam è medio
 tolleres, filijs, quos geminos genueras,
 avo cum bonorum parte commissis,
 leprosoium te famulatu addixisti: in-
 ter quorum foetores ac sordes ea versa-
 baris animi promptitudine, ac si cum
 rosas luderes: admirante tota vicinia,
 & ad inusitatæ rei novitatem specta-
 dam accurrente. Sollicita interim pro
 parente, terrenis negotijs nimium im-
 plicito, precibus tuis à Deo impetrasti,
 ut mundo valedicens Villarij Mona-
 chum Cisterciensem indueret. Ad idē
 Institutum in Aurea valle amplecten-
 dū inducitur est à te major natu filius: à
 cujus loci Abbate & tu Cisterciensem
 amicum

*Maria
 presens
 in neces-
 sitate
 auxili-
 um.*

*leproso
 servit.*

*parenti
 conversa-
 sionem
 impet-
 rat.*

& filio.

36 ANNI CISTERCIENSIS

amictum, legesque accepisti, ad quas in solitaria cellula vitæ reliquum reli-

Alteri giosè transigeres. Restabat curarum
item fr- suprema junior filius: is per abrupta
lium re vitiorum ruens, paternæ hereditatis
ducis assem adeo brevi temporis intervallo
ad fru- decoxit, ut ad incidas redactus, jamjã
gem. desperationis abyssò videretur absor-
 bendus: eum tamen facultatibus pri-
 mùm, inde orationibus tam efficaciter
 iuvisti; ut ejurata pessima vivendi con-
 suetudine, Cistercio & ipse in mona-
 sterio Trium fontium sese addixerit.
 Arguebant te amici temeritatis, quòd
 condendo Parthenoni (cujus funda-
 menta jaciebas) locum adeo vilem e-
 legeris, quem paupertas non tam pre-
 meret, quàm opprimeret: at tu cœli-
 tús edocta, eam vaticinata es loci am-
 plitudinem, quam tunc nemo crede-
 bat fore possibilem, omnes post pauco-
 rum annorum curriculum admiraban-
 tur. Adoptaveras in solitudinis tuæ
 tutelam Misericordiæ Matrem, ex præ-
 stito olim subsidio, sed & aliàs per mi-
 rabile ostentum de illius patrocinio
 secura. Videbaris enim tibi, te DEO
 Judici fisci ream; ferrique in te dam-
 nationis sententiam, ob inultum hæ-
 tenus crimen, quod contraxisse infi-
 mulabaris, quando continentia desi-
 derio

*Futura
 prædi-
 cis,*

*Argui-
 tur per
 visum*

derio, ausa sis innoxij ceterà mariti
 præmaturam mortem optare: muta- *occultis*
 tum verò repentè Judicis animum, u- *crimini-*
 bi reorum Advocata Virginea Mater *nis.*
 pro te ad Filium peroravit; tanta qui- *absolvi*
 dem eloquentiæ vi; ut in iræ locum *unt,*
 succedente amore, te Judex ad osculū
 admittam, Virgini Matri ut singulare *Et no-*
 depositum, suo tempore ab illa repe- *vis fa-*
 tendum (rara sanè benevolentia præ- *vorib⁹*
 rogativa) commendaverit. Patebat *ditatur*
 exinde liber tibi in cœli arcana ingres-
 sus; dum frequentissimè rapta, talem *secreta*
 ibi rerum scientiam hausisti, quæ vires *cordiū*
 humanas longè superabat: quæ veluti *inspicio*
 summam tibi vulgò existimationem,
 ita plurimis peperit salutem. Nam fe-
 minam quandam graviter lapsam ad
 seriam vitæ emendationem persuasisti,
 ejusq; complici clerico pavendam præ-
 dixisti mortem, qui tua monita asper-
 nabatur. Illud profectò stupendum,
 quòd virginem quandam, tibi pro in- *Virgi-*
 nocentia sua dilectam, malignus qui- *nem à*
 dam clericus, sub pietatis velamine ad *vi pro-*
 aliam provinciam abduxit, ut aut vi, *digiosè*
 aut blanditijs ad scelus induceret: quā *servat.*
 tamen tuis precibus ita protexisti, ut
 columbam ex milvi unguibus ereptam
 illæsam receperis. Innumera ejusmo-
 di divinitus cognita operabaris: ita ut

38 ANNI CISTERCIENSIS

quisquis aliquo animi angore gravaretur, certum apud te remedium inveniret. Appetebat deniq; tempus, quo solutis corpusculi compedibus anima ad notas sibi beatorum sedes sese reciperet: quod felix momentum, integro anno prius, quàm instaret, cognovisti à D. Maria Magdalena; quæ te per visum ad Christum Servatorem deduxit: cujus pedes cum Sanctæ illius exemplo multis lachrymis irrigares, optatissimam illam sententiam audire meruisti: *Dimissa sunt tibi peccata tua, quia dilexisti multum.* Die igitur desideratissima illucescente, postquam sacramenta Ecclesiæ devotè susceperas, adfuit spectabilis Angelorum Regina, quæ animam tuam sinu excipiens, Filio suo, tanquam depositum suæ olim fidei creditum, consignavit. Optaveras, ut filius tuus, Aureæ vallis Abbas, agoni tuo præsens, ultima monita auscultaret, quibus illum ad regiminis abdicationem persuadere parabas; at tunc negotiis impeditus, à mortua didicit, & fecit, quod à vivente audire non poterat. Ejus interea vices supplavit Abbas Flor. ffensis, qui etiam conscientiaæ tuæ arcana detexisti, futuro tuæ sanctimoniam testi & præconi: dictorum ipsius fidem firmantibus prodigijs

Præmonetur de hora mortis.

audis, dimissa sibi peccata.

Maria adest morienti.

digij

digijs, quę frequentissima sepulchri tui gloriam celebrabant. Non permittis lux illa Deitatis immensa, mortalibus inaccessibilia, sed beatis omnibus plenę communis, ut ignores gemitus meos & suspiria, curas & angustias cordis mei, quibus a Divina misericordia impetrare laboro, pauca illa, sed supra omnes mundi thesuros expetenda verba: Dimissa sunt tibi peccata tua: Quę ut salem tunc audire merear, cum Tribunali Divino sistetur anima: impetra mihi nunc gratiam diligendi multum, ut consequar multam misericordiam, heu nimium bene mihi conscius, quā peccaverim multum.

Sollicitudo de obtinenda peccatorum remissione

B. HENRICE, olim S. Cuniber-
 ei in Colonia Agrippina Canonice,
 qui cum in eo statu salutis tuę curam
 negligentius ageres, Beatissimam ta-
 men DEI Matrem quotidianis preci-
 bus venerareris; ejus instinctu & adju-
 torio cœnobium Veteris Montis adij-
 sti: in quo post non minus fervidum,
 quā diuturnum in Divino obsequio
 famulatum, clarus virtutibus obiisti.

Circa
 annum
 1110.

B. item HENRICE, qui monaste-
 rium in Suevia, cui Anguli nomen, cō-
 struxisti, idēque Angelica tua viven-
 di ratione consecrasti: cujus fama ex
 illo angulo per omnem Germaniam
 diffusa, celebre tibi nomen in benedi-
 ctione

Circa
 annum
 1190.

40 ANNI CISTERCIENSIS

Solita-
do. Etione reliquit. Orate pro me ambo, & docete me imitari sanctum illum angulorum amatorem, qui dicere solebat: In omnibus requiem quaſi vi, & non inveni, niſi in angellis & libellis.

Seceſſi
à rebus
terre-
ſis. S. BERNARDUS, ſerm. 1. de divers. Scudeamus etiam furari aliquando nosmetipſos, & à peſſimis occupati-
onibus iſtis ſurripere vel ad horam, jaculari animos, vibrare corda in id, quod ſuſſum eſt, & quod quanto naturalius eſt, tanto ſuavius eſt.

14 Januarij. 19 Cal. Febr.

Obijt
anno
1144. B. AMADÆE, in quem ſummos quos ſuis amatoribus propinat mundus favores effudit. Stemma, Romanorum Imperatori proximam; opes generi pares; formæ decus excellens; bellica fortitudo ad æmulorum invidiam magnanima. Utcunque tamen tibi arridebat fortuna, tanto clariùs vaniſſima illius ludibria deprehēdebas, quo altiùs eras iſdem immerſus. Tranſactis igitur aliquot in matrimonio annis, & iam prole auctus, primùm te, dein ſexdecim è prima nobilitate commilitones, ad mundi con-

cem-

temptum, & capeſſendum vitæ Reli-
 gioſe ſtatum perſuaſiſti: quos ad Ci-
 ſterciense Bonæ Vallis monaſterium
 deduxiſti; iſdem juncturus etiam, qui
 unicus tibi erat, filium, niſi ætas infir-
 mior eum tantisper prohibuiſſet. Hic,
 ut principia maximè fervere ſolent,
 tanta contentione ad apicem monaſti-
 ce perfectionis properabas, ut penè
 mortalem tranſgreſſus videreris, niſi
 te hominem paulò liberalior in filium
 affectus oſtendiſſet. Nam cum is non
 pro voto tuo, ſed pro religioſa mode-
 ſtia, literis profanis imbueretur, illum
 ex Bona valle Cluniacum tranſtulisti;
 ignarus, quòd illo itinere teipſum ſe-
 duceres. Ibi enim ſummo honore ex-
 ceptus, poſitùſque in loco poſt Abba-
 tem primo, conferre primùm inter ſe
 utriuſque Inſtituti formam, laudare
 deinde Cluniaceniſum, denique etiam
 quia mitius, Ciſtercio præferre; & ne
 ab animo diſſentiret veſtis, dimiſſa cu-
 cullâ candidâ, nigram induere. At ve-
 rò amoto obice, filio nimirum ad au-
 lam avi Imperatoris tranſmiſſo, tibi
 redditus, immenſum doluiſti; quòd
 qui olim nobiliſſimæ cohortis dux ad
 Bonæ vallis pauperiem, nunc & pri-
 mus & ſolus deſertor audires. Igitur
 facultate obtenta à Pontio Abbate, ob

*filius**ſu illi**petra**ſcanda-**li.**tranſſe**ad Clu-**niacen-**ſes:**max de-**les.**dis*

42 ANNI CISTERCIENSIS

discessum tuum tunc tristi, veluti o-
 lim ob adventum tuum immodicè læ-
 to, Bonam vallem repetijsti: ubi extra
 portam multis diebus hærens, téque
 coram singulis prætereuntibus proster-
 nens, lachrymis & gemitibus dolorem
 verè pœnitentis animi ostendisti: to-
 tidem menses ibi demorari paratus,
 quot Cluniaci transegeras. Sed sancti
 Abbatis humilitas tuam denique per-
 vicit; dum ipsemet integro die in pœ-
 næ consortio tecum perseverans, pu-
 dore, quod verbis non poterat, persua-
 sit, ut intrà claustrum te reciperes. Ex-
 inde nulla tam vilis & abjecta fuit oc-
 cupatio, quam tibi non vendicares;
 importunis precib* accepta potestate,
 ut calceos inungendi negotium (imò
 & loca sordidissima purgandi) uni tibi
 relinqueretur. Aucta interim incolis
 supra vires Bona vallis, exonerare se e-
 missâ coloniâ quærebat. Cui ut locum
 comparares, te unâ cum aliquot socijs
 Abbas emisit; vixque annus abiit; cum
 Magnatum & plebis operâ, ædes & ad
 omnem usum officinas disposuisti in
 Mansiade; ibique inductis in tuos la-
 bores inquilinis, pro novis ejusmodi
 expediēdis conatibus, ad Bonam vallē
 redijsti. Pari felicitate tertium usus es
 in aliorum monasteriorum erectione:

*peniten-
 si.e exer-
 vitia:*

*Omne
 humili-
 tatis.*

*quatuor-
 cenno-
 bia cō-
 struit.*

quietem nullam admissurus, nisi ab invito seniles anni extorsissent. Qui quidem non exiguum tibi solatium attulere, dum filium Amadæum ex monacho, quem sub disciplina sanctissimi Patris BERNARDI in Claravalle induerat, vidisti Abbatem Altæ Cumbæ, & Laufannæ Episcopum. Sed longius duraturam quietem indulgit denique beata mors, quam inter Ecclesiæ Sacramenta suaviter oppetisti. *Doce me fallaces carnis blanditias prudenter agnoscere, & caute fugere: abhorrere quidquid illa sub ementito consolationis nomine obtrudit; & amplecti, quod illa perhorrescit. Revolvat semper memoria mea illud æterna Sapientiæ effatum; Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.*

Blanditiaz carnis fugienda.

B. HEILIGA, S. Ordinis Cisterciensis Reclusa, quæ solis fidelium elemosynis vitam sustentans, intra limites cellule tuæ de totius mundi contemptu, vera paupertatis alumna triumphasti. Nomen tibi congenitum, quod humilitas tua, nesciri cupiens, suppressit, Germaniæ, in qua degebas, simplex devotio substituit. Ut quamvis plurimæ revelationes cœlestes te DEO gratissimam esse non comprobassent, vel inde pateat, te merito ut

Vixit

circ. a. 1202.

1202.

San-

44 ANNI CISTERCIENSIS

Vivere sanctè. sanctam coli; quam communis acclamatione populi jam vivam retulit inter sanctitatis titulo dignos. *Ura, ut Ego vivam sanctè, non quidem ad comparandi nomen tuo simile; sed ut vel una sit sancta lingua mea, quæ nimirum toties contingit Sanctum Sanctorum: ut sanctas orationes Deo offerat; ut non alia effundas verba, quàm quæ decens sanctos &c.*

Floruit circa annum 1484. B. BERNARDE, innocentie Saliniensium Virginum custos & conscientiarum director fidelissime: qui in pijs illis laboribus ad extremum usque senium sanctè perseverans, meritis, & annis plenus migrasti ad Dominum. *Docce me ita studere puritati conscientia, ut extrema omnia pati eligam, quàm peccare vel semel: exteriorem verò hominem ita ordinare; ut promptior semper inveniar ad perferendas, quàm inferendas molestias.*

S. BERNARDUS, serm. 4. de divers.

Tuga peccati. Beatus homo, & abundantis spiritus influens majestate, qui suavis & unctus portat omnes, & neminem onerat ipse: qui terribilius, & horribilius ipsam gehennam judicat, in re vel levissima vultum Omnipotentis scilicet offedere.

15 Januarij. 18 Cal. Febr.

B. CUNANE Abbas Marganensis
 B. coenobij, simulque pauperum illi- *Vixio*
 us regionis communis parens: quos *circa*
 multiplicata saepe divinitus annona li- *annuus*
 beraliter alebas. Imò in eorundem *1147.*
 gratiam à DEO impetraſti, ut fruges
 agri integro mente ante conſuetum
 tempus matureſcerent: horribili vin-
 dicta de cœlo in illos ſæviente, qui in
 bona, egenis à te deſtinata, erant inju-
 rij. *Expectat jam diu Dei Bonitas, ut ja-* *Bonorum*
cta in cor meum ſalubrium inspirationum *operum*
ſemina matureſcant ad bonorum operum *fructus.*
fructus: ſed heu preioſum hoc ſemen ceci-
dit in terram aridam. Tu gratia celeſtis
imbres implue, ut ceſſantibus miſera ſteri-
litate annis, ſuccedat lata virtutum fe-
cunditas.

B. PLACIDE à S. Mauro, Con-
 gregationis Fulienſis famule infirmo- *Obijt*
 rum impigerrime. Qui poſtquam in *anno*
 charitate, humilitate, ac manſuetudi- *1610.*
 ne admiranda, diu munere tuo per-
 functus es; prædictâ à te mortis horâ,
 inter preces, geniculans, & oculis in
 cœlum (utique jam patens) erectis,
 puriſſimam animam efflaſti. Erige o-
 culos mentis meæ ad pervigil illud lumen
 Divinae præſentia; ut in illius vel nun-
 quam

46 ANNI CISTERCIENSIS

quam, vel saltem rarissimè interrupta meditatione, animo semper in cælum erecto nulla admittam desideria, nisi quæ Deum unice querant.

S. BERNARDUS, serm. 4. de diver.

Quis
querat
faciem
Dñi.

Hinc probate vos, fratres, si in via estis, si non exorbitatis. Lætetur, inquit, cor quærentium Dominum. Si gaudetis ad labores, si inoffenso, si indefesso pede curritis viam mandatorum Dei; si quotidie utriusque hominis status recentior est ad proficiendum, & perficiendum, quàm ad incipiendum; profecto quaritis faciem ejus semper.

16 Januarij. 17 Cal. Febr.

Floruit
circa a.
1180.

S. ROLANDE, Cœnobiarcha Cheseriaci in Sabaudia; qui varijs miraculis ac virtutum insignijs regionem illam illustrasti. Nec exspiravit cum vita prodigiorum potestas; quin post mortem copiosis cœli favoribus donares, quoscunque ad tumultum tuum piè precantes inveniebas. Ad plebis porrò augendam devotionem, suos quoq; Indulgentiarum thesauros ad-

didit

didit coelica in terris potestas, ut seu corpore, seu animo aegri accurrerent, optatum beneficium auferrent. *U-* Indulgentiam hanc à te gratiam efflagito, ut te ju- gentiarum tante discam sacros Indulgentiarum the- rum lu- sauros mihi comparare. O quam optabo crum in illo exitus mei articulo, ut ingentem cu- optabi- mulum ejusmodi gratiarum collegissem, le. quo me nempe à piacularibus flammis redimerem!

B. GODEFRIDE de Perona, qui mellifluis BERNARDI concionibus *Obijt* ad Clara in vallem attractus, ad eo sub *anno* sanctissimi Magistri disciplina profec- *1146.* cisti; ut imprimis ad Pri oratus officium, & postmodum ad Nannetis atq; *honores* Tornaci Episcopales cathedras deli- *recusab* gnatus fueris. Quamvis autem & Eugenij Pontificis auctoritas accederet, optantis, ut oblatos honores non recusares; adduci tamen ad consensum non potuisti. Æqualem humilitati mentis constantiam exhibuisti in observantia *sibi rigi-* regulari: in qua velut officio, ita con- *gidus.* tinua in teipsum severitate reliquis omnibus praeibas: nullius unquam remissionis patiens usq; ad beatam mor- *Canene* tem, quam suaviter cantans, inter in- *mori-* sueta pijs gaudij signa obiisti. Cùm ve- *tur.* rò non desissent, qui de salute tua dubitarent, ob nimiam in rejiciendis Episcopa-

48 ANNI CISTERCIENSIS

scopatus pertinaciam: cuidam ex illis per visum te in candidissima luce ostendisti, cum dicto: te ex illo honorum contemptu meriti augmentum insigne reportasse: quin futurum fuisse, ut æternùm damnareris, si accep-

Flendū
nūc; ut
cautes
in mor-
te

ptasses. Cygnorum est, mortem cantando excipere. Cygnus nempe se probavit non tam vestium, quàm animi candor. Fac, ut & ego cygneam puritatem in moribus & cogitationibus meis præmeferam: & ne in illa flebili mortis hora nimis serò lugeam, doce me nunc, dum gratiæ tempus est, peccata mea deslere.

S. BERNARDUS, serm. II. de divers.

Caven-
dum à
seculo,
& pro-
pria vo-
luntate.

Studeamus, dilectissimi, immaculatos nos ab hoc seculo custodire, scientes, quoniam Religio munda & immaculata coram Deo hac est. Caveamus autem à propria voluntate, tanquam à vipera pessima & nequissima, & qua sola deinceps damnare possit animas nostras.



07 Jan

17 Januarij. 16 Cal. Febr.

BALGOTE, qui sub Institutione *Electus*
 B. suavissima BERNARDI eruditus, e-
 jusdem suffragijs, virtutes tuas pro me-
 rito estimantibus, Episcopus Curienfis *anno*
 creatus; munia pastoris optimi, cum *1147.*
 observantia monachali opportunè cõ-
 jungens, *Mariha* simul, & *Mariae* par-
 tes assecutus es. Multa monasteria, aut
 noviter erexisti, aut restaurasti colla-
 pta. Egenos innumerabiles è suis mi-
 serijs sublevasti. Felicem Rhetiam; si
 hac nostra ætate illam Fidei orthodo-
 xæ puritatem amplecteretur, quam à
 te ante plusquam quinque sæcula, vi-
 tæ sanctimonia, & prodigiorum splē-
 dore roboratam accepit. Sed & me fe-
 licem, si quam tu inter publicas negotio-
 rum turbas conservasti religiosam morum *Morum*
 modestiam ac gravitatem, ego in umbra *mode-*
 quietis meæ fuero imitatus. Adjuva me, ut *stia.*
 nunc agam, quod moribundus me egisse o-
 ptabo.

Sancti ac Beati Monachi, & Con- *Anno*
 versi VILLARIENSES: quorum *1599.*
 relictæ in hac terra exuviæ, ante 79
 annos, ab hoc præsentis, hac ipsa die
 per solennem pompam translata, &
 pretiosè exornata sunt. Transferte &
 me, atque elevate à terra, à concupiscen-
 tijs

C

tys

50 ANNI CISTERCIENSIS

ijs terrenis, ad pia desideria cali: ita ut veraciter cum illo tertij cœli spectatore dicam: Nostra conversatio in cœlis est.

*Circa
annum
1250.*

B. THEOBALDE, ex divite Castellano pauper & humilis in Villario monache: qui in genuina cordis simplicitate, & indefesso fervore, ad æternæ gloriæ bravium cucurristi. *Impetra mihi cor simplex, & rectam; quod recto semper cursu feratur in simplicissimum illud, & immutabile Bonum, ab non uno tantum ac simplici corde, sed totis mille cordium affectibus amandum!*

*Obiit
anno
1623.*

B. GUILIELME à S. Alexio, quem inter primos celeberrimi sui Instituti alumnos numerat S. Congregatio Fulienfis. In qua quamdiu vixisti, veluti suprema virtutum, ita sectabaris extrema paupertatis & spontanei cruciatûs. Solam nudamq; humum quieti per noctem medicæ substernebas. Victum intrâ limites herbarum & leguminum tenuisti. Sub Psalmodia ad exhibendam corpore, quam mente gerebas, reverentiam erga Divinæ majestatis præsentiam, caput nunquam tegebas. Vigilandi continuam legem sola te opprimens necessitas solvebat; cum aliâs in oratione noctes ducere insomnes tibi esset perquàm familiare. Et harum virtutum sinceritatem probavit

*Vita
magna
austeri
tas.*

XVIII JANUARIII. 51

bavit perseverantia; quam ad ultimum usque vitæ spiramen, sub sacra Unctione emissum, in eodem nusquam exerrante tenore conservasti. Quam diversam invenio vitæ rationem, si meam cum tua comparare voluero! Tis excita me, ut jugum Domini suave, licet carni & sanguini grave esse videatur, virili animo tollam. Non denegabit suæ gratiæ subsidia, qui debiles humanæ miseriæ vires non ignorat.

Jugum Christi viriliter tollerendum

S. BERNARDUS, serm. 5. de divers.

In duobus tota spiritualis conversationis summa versatur: ut in nostra consideratione turbemur, & contristemur ad salutem; in Divina respiremus. Atq; hinc timorem & humilitatem; inde verò spem concipiamus, & charitatem.

In Dei bonitate respirandum.

18 Januarij. 15 Cal. Febr.

SANCTISSIME Theodidacte, Doctor Melliflue BERNARDE, eminentissimæ sanctitatis universale speculum; Sol sanctimonie. Cujus sanctissimam Innocentiam nulla, nisi sanctissima lingua tua, pro dignitate elo-

C 2

quetur

72 ANNI CISTERCIENSIS

quetur: *cujus sanctissima gesta nullus, nisi cœlestis ille stylus tuus pro merito exornabit. Qui hodierna die, ante quingentos & quindecim; post obitum tuum sanctissimum, anno undecimo, ab Alexandro Papa III. per exquisitum Diploma inter Sanctos connumeratus, ac totius orbis publicæ venerationi propositus, Clarissimam tuorum prodigiorum splendore Vallem, tuo quoque nomine incomparabili effecisti sanctissimam. Solem te appellavi: & talem te hæc ipsa demonstravit aurora. Nam cum Alexander in Concilio Turonensi publicationem hujus Decreti, præter omnium expectationem suspendisset; dilationis causam in datis ad Claravallenses literis disertè aperuit: Quòd nimirum plures ipsi fuerint simul exhibiti, quos rogabatur Divorum Albo adscribere: quam petitionem ideo fuisse prorogandam; ut ceteris opportuniùs denegaret. Sidera erant illa sanctimonix; quorum lumen evanuit, dum tu, velut Luminare majus, mundo oriebaris. Respice, Pater sanctissime, de gloria tuæ sanctuario, in nos filios tuos; & tuæ sanctitatis lumine ita animos nostros perfunde; ut sanctissimarum virtutum tuarum impigri emulatores, viva semper recolamus memoria,*

Anno
1174.

Solus
ex plu-
ribus
SS. Ca-
noni in-
seritur.

Tanti
Patris
filios
deceat,
non esse

quàm

quam sancti Parentis filios nos esse glorie-
mur: ac proinde quanto studio allaboran-
dum sit, ne inveniamur esse degeneres.

B. EBER HARDE, Villarij mo-
nache; Taciturni nomen ex strictissi-
ma silentij regularis observatione ade-
pte: cujus legem ut aliquando trans-
gredere; te in via publica verberibus
ac multis contumelijs milites cogere
tentarunt: sed irrito conatu: nam tu
ad injurias immobilis, nullo edito of-
fensionis signo, iter prosecutus es. Eo
autem tempore, quo loquendi copiam
S. Regula facit, tantæ virtutis verba
fundebas; ut ijs auditis feræ mansues-
cerent. *Injice etiam meæ, ad vana facili,
& tarda ad Divina, lingua frantum silen-
tij: ut nihil proferat, quo Deus, aut pro-
ximus offendatur: fac ut de me cum veri-
tate dici possit, quod de dilecto suo Hum-
berto quondam scripsit*

dege-
neres.Circa
annum
1300.silentij
rigidus
observa-
tor.Custo-
dia lin-
guæ.

S. BERNARDUS, ser. in obitu B. Humb.

Quis unquam ex ore ejus sonum de-
tractionis, verbum scurrilitatis, ser-
monem gloria, invidia vocem audi-
vit? Quis eum vel alios judicantem,
vel judicanti consentientem aliquan-
do deprehendit? Nimirum sollicitè

Sermo
circum
spectus.

54 ANNI CISTERCIENSIS
custodiebat vias suas, ut non delin-
queret in lingua sua; sciens, quia
qui in verbo non offendit, hic per-
fectus est vir.

19 Januarij. 14 Cal. Febr.

Cover-
sus añ.
1246.

BENRICE, Monache Claraval-
lis: qui à corporis in arctum quod-
dam compendium coacti specie, no-
men contracti sortitus es. Animum
tamen amplissimum in te aut invenit,
aut fecit BERNARDUS. Cum enim
Nuncij Apostolici munere fungens,
Constantiæ pro suggestu diceret; tu in-
ter primos Divini eloquij vim sensisti;
moxque Pijssimum Patrem accedens,
in ejus in Claravalle filium suscipi hu-
militer postulasti: sed ea conditione,
ne pro more tibi minimè probato Or-
dinis, in ultimas ignotásque terras e-
mittereris. Et ille quidem licet Obedi-
entiam nullas pati condiciones asserere-
ret, bono interim animo esse jussit; se-
curum te faciens, non alibi, quàm in
Claravalle moriturum. Quo accepto
promisso sinè cunctatione in illud iter
te cum eo coniecisti, gratissimus co-
mes; quòd illi ob utriusque linguæ pe-
tiam pro interprete per Germaniam
servi-

servires. Verterat in furorem hæc tua pietas quendam è tuo famulatio: ac ut discessum tuum impediret, arrepto telo jamjam sternebat BERNARDUM: cum subito ultione Divina præventus, in terram supinus corruit. Quem ubi tam miserè extinctum, & verè perditum vidisti, tactus commiserationis affectu, ad sancti Abbatis pedes te abjiciens, supplex obtinuisti; ut magnus Thaumaturgus servo vitam, eumque dein sacræ militiæ redderet. Quàm porro dignum te tanti Patris filium præstiteris; experta est ultra sexaginta annos Claravallis: quam tua sanctioronia, spiritu prophetico, aliisque divinæ gratiæ donis illustravisti. Perorantem in Theodidactis libris & ego frequenter audio magnum Doctorem: cui utinam tam faciles ad obsequendum aures, seu tu fecisti, præberem! Aufer à me cor contractum, durum, & aridum: vicissim impetra mihi cor dilatatum, apertum, & docile: ut aurea illa, & super mel dulcia monita nunquam sine profectu legam.

Mortuus suscitatur.

Legas, ut agas.

Obiit hac die anno 1223.

B. GALTERI, doctrina & pietate insigne S. Ordinis Caput. Qui de Abbacia Longi-Pontis ad supremam Præfecturam evehctus, tanta florebas existimatione nominis; ut Honorius III. jam Pontificia tiara sublimis,

56 ANNI CISTERCIENSIS

opus sermonum, à se elaboratum, tibi dicaverit: dixeritque non semel Legatum ad Reges Galliaë & Angliæ: in qua functione gravissimas controversias feliciter prudentia tua discussit. Eiusdem Honorij jussu, barbaris Livoniaë & Licaoniaë populis præclaros ex Ordine Apostolos selegisti. Tandem deficientibus præ senio viribus, piè in tuo Cistercio diem ultimum clausisti.

Advocatus apud Deum.

Esto tu inter me, heu multarum noxarum gravissimè reum; ac inter Deum tremendum Judicem Legatus pacis: illumque mihi tua, non jam prudentiæ sagacitate, sed interpellationis efficaciam ad pacem, id est, ad parcendum inflecte.

Vixit circa annos 1216.

B. BEATRIX; Spinosi-loci fundatrix: quæ mundi delicias forti supra seculum animo calcans, Sponso Virginum te unam cum amplissima dote ita addixisti; ut & ille se, dotemque regni cœlestis, tibi donaret. Nec tardior ille fuit in redamando; dum te in ipso ætatis flore introduxit ad suas nuptias. *Felix permutatio, ubi pro perituris immortalia, pro momentaneis bonis æterna comparantur. Ora, ut & ego animum meum plenè avertam ab hujus exilij verè exilibus & evanidis consolatiunculis; ac toto mentis affectu quæram solida felicioris patriæ gaudia.*

Conversio mentis à terra in cœlum

S. BEA

S. BERNARDUS, *serm. 5. de diversis.*

Excamus de terra nostra; ut non comprehendat nos cogitatio spectans ad voluptatem carnis. Excamus & de cognatione nostra, id est à cogitationibus curiositatis: quæ nimirum cum in sensibus corporeis habitat; carnali utiq; cognata est voluptati.

Abnegatio sui.

20 Januarij. 13 Cal. Febr.

B. THEODARDE, humilitate, atq; puritate tam mentis quàm corporis incorrupta à DEO dotata: multis etiam è cœlo revelationibus illustrata. Quas inter & illa fuit; dum aliquando ad mensam repente in fletum, statimque in risum solutus, utriusque causam dæmones fuisse retulisti: quos in raptu videris ad moribundum fratrem ingenti numero fremebundos accurrere: idcircoque te lachrymatum: at pulsatâ in signum orandi tabulâ, cum deformes illas belluas conspexeris in fugam præcipites ruere; ita ut se invicem in januæ angustijs, porcorum instar grunnientes opprimerent; risum te continere non valuisse. Sed & vitæ tuæ innocentia tibi pro scuto fuit, ne

Floruit circa annum 1200.

Dæmones ad moribundum dñi accurrunt: fugiunt.

58 ANNI CISTERCIENSIS

ex belluis illis tartareis ulla tibi mori-
enti molesta esse præsumeret. *Fuga
nunc tuis pro me orationibus canes illos,
qui tanquam leones circumeunt, queren-
tes, quem devorent. Si enim in quotidiano
nunc cum illis certamine frequentes victo-
rias reporta vero; spero, nec in ultima lu-
ta prævalituros.*

Nunc
pugnā-
dum

Floruit
circa
annum
1610.

B. Pater MICHAEL Triquier,
magne Doctor, & disciplinæ regularis
restaurator zelosissime. Qui Parisijs
laurea Doctoris coronatus; ac postmo-
dum ad varia in S. Ordine munia ad-
hibitus, strenuè & sanctè omnia admi-
nistrasti. Denique in monasterio Fon-
tis-Danielis, tuæ stabilitatis loco, sta-
bile, & in perpetua apud posteros me-
moriam duraturum sanctimonix tuæ
monumentum posuisti: præcipuè in
afflictationum sponte quæsitaram to-
lerantia: dum totum corpus veste a-
culeis ferratis aspera cinxisti; & ne pars
aliqua dolore vacaret, sub capitis tegu-
mento spinas; ad imitationem JESU
Patientis, continuato dies noctesque
cruciatu gestabas. *Infige etiã meo capiti
Spinarum aculeos, qui rebelles propria
voluntatis affectus compungant & conte-
runt. Doce me in amaritudine anima mea*

Gestat
spineã
coronã.

Peccata recogitare peccata mea; quæ nimirum acer-
biss. afflixerunt sacratissimum. Servasonis
mei

mei verticem, quàm spiritis horrida corona.

S. BERNARDUS, serm. de S. Andrea.

CruX pretiosa est; & CruX amara potest; & CruX habet exultationem: si fuerit, qui colligat semper lignum Crucis, vitam germinat, fructificat iucunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum sudat temporalium charismatum. Non est arbor sylvestris; Lignum Vita est apprehendentibus eam.

CruX
amara.

21 Ianuarij. 12 Cal. Febr.

BOSO, primis filijs, quos Christo beatissimus Parens BERNARDUS genuit, feliciter annumerate. Verè filius pacis, & in dolis mitissimæ: adeo ut te motum aut turbatum nemo viderit unquam: sed eras ut inter prospera sic adversa tui ubique similis. Orij persecutor acerrimus: in quod assiduo vel labore vel prece pugnabas. Morientis facies tanto fulgore splendebat; ut astantibus evidenter constaret; quam lucē inhabitaret spiritus, cuius communionem iam corpus gauderet. Dei oraculum est: beatos esse pacificos

Ordinē
ingressus
anno
1124.

mortuus
splēdes.

60 ANNI CISTERCIENSIS
scos, quoniam filij Dei vocabuntur. Tu o-
ra; ut qui Bernardum agnosco Patrem;
& inter filios Dei me adscribendum spero;
utriusque nominis veritatem factis imple-
re studeam.

Vixit
anno
1240.

B. A G N E S, Sanctæ Julianæ Cor-
neliensis germana: quam veluti pres-
sis vestigijs in virtutum palæstra seque-
baris; omnium ejus ærumnarum &
laborum in exilio particeps: ita eidem
juncta es in gloria cœlesti. Junge cum
sorore tua sanctissima preces pro me, illis
calamitatibus digno peccatore, quas vos
in Angelica vestra innocentia perulistis.
Rogate Patrem misericordiarum; ut penas
peccatis meis debitas, dignetur in hac vita
infligere manu paternæ clementiæ; & ne
reseruet mala mea in horribilem illum di-
em tremendi Judicij.

O Deus!
hic ure.
&c.

S. BERNARDUS, ser. 12. de divers.

Miseri-
cordia
Divina
multi-
plex.

Misericordiæ Domini multa. Quã-
doq; enim ei, qui peccato quovis ob-
ligatus tenetur, piè immittit Domi-
nus amaritudines quasdã, quæ mē-
tem occupant hominis, & expellunt
perniciosam delectationem peccati.
Quandoq; subtrahit opportunitatem,
neq;

neq; tentari patitur infirmitatem. Quandoq; virtutem donat resistendi, quod majus est; ut scilicet tentationem sentiens, viriliter agat; & non consentiat.

22 Januarij. II Cal. Febr.

B. HENRICE, qui seriò perpendens; quòd in mundo dominari, nihil aliud sit, quàm splendida servitus; & contra servire Deo, idem sit, ac cum illo regnare: relicto amplissimo dominio de Berny, Conventorum habitum in Villario suscepisti; & humili obedientia, laborumq; assiduitate meruisti inter clara sancte illius Eremiti luminaria recenseri. Utinam & ego durans servitutem, quam sub propria voluntatis tyrannide patior tandem aliquando plenè abjicerem! Tu Dominum majestatis exora; ut regnum, quod sibi in anima mea constituit, solò occupet, & ab omni alio dominatu misericorditer educat.

Vixit
circa
annum
1200.

De'cor-
dis dñs.

B. GUALTERE de Birbach, monache Hemmentodensis. Qui ab incubulis singulari amoris ardore Matrem Deiparam colebas. Ac licet te juvenilium annorum illecebræ, ad sc-

Obiit
anno
1216.

*Pietas
singula
vis erga
Mariam,*

*Gr. SS.
Missa
sacrifi-
cium.*

*Aqua
in vinum
muta-
tur.*

violenter attraherent; nunquam tamen exspirabat illa pietas; quin quotidie SACRO in MARIE honorem assisteres; illius Festa jejuniis prævenires; largam stipem in egenos effunderes. Properabas aliquando cum socijs ad consuetos bellicæ artis ludos: At cum sese obtulisset occasio audiendi SACRI; relictis comitibus, tuæ devotioni indulgebas: Angelo interea personam tuam inter commilitones agente. Ut autem te sibi Clementiæ Mater arctius devincret, Crucem auream per Sacerdotem, cujus sacrificio intereras, transmisit. Aliàs cum in ejus Festi pervigilio juxta consuetudinem pane solo & aqua vitares, allatam à famulo aquam bis in vinum convertit. Tot favoribus provocatum vehemens urgebat desiderium, te totum ejus obsequio mancipandi. Quod ut securius assequereris; audito, sacrum Ordinem Cisterciensem eidem sacratissimæ Virgini specialiter esse addictum, contemptis terrenis omnibus, cucullam monasticam in Hemmenrode induisti. Ubi cum plurima in te virtutum ornamenta relucere; primas tulit innata pietas & veneratio MARIE: in qua alijs semper atque alijs modis colenda totus eras; & à qua nihil non impetrabas: præser-

rim

eim in dæmones imperium; quos fu-
 sa ad illam oratione, ab obsessis pro-
 fligasti sæpissimè. Insidebat animo tuo
 mira charitas in sublevandis aliorum
 internis cordium morbis: quos ubi cę-
 litus cognovisti; ejusmodi languentes
 familiariter convenire solebas; & tan-
 quam tu illos conflictus patereris, hu-
 militer ab eis remedia petere; atque i-
 ta consilia salubria ingerere citra rubo-
 rem (qui plerunque salutis viã obstruit)
 ægroantis. Rogatus à Priore, quibus-
 nam cogitationibus mentem occupa-
 res refectiois tempore; cum latinæ
 linguę rudis, mensę lectionem non in-
 telligeres: cui respondisti: versari tunc
 ob oculos tuos librum quendam præ-
 stantissimum; ejus paginis inscripta
 esse Divinæ Incarnationis & Passionis
 mysteria: has te percurrere in dies,
 necdum tamen totum absolvisse. Et
 haud exiguo pietatis sensu legisse te
 ostēdebant lachrymæ, quibus frequen-
 ter ad mensam madebas. Has denique
 abstersura Misericordiæ Mater, te per
 sanctum quendam senem de mortis
 vicinia præmonuit. Ac paucis inde e-
 lapsis diebus, tibi ex morbo decumbē-
 ti spectabilis adfuit; animamque egre-
 dientem ab exilio ad patriam deduxit.
 Sanctimoniz tuę famam perennē fece-
 runt

*Mira
 dexteri-
 tas in
 curan-
 dis ani-
 morum
 morbis.*

*Legis
 sub mē-
 sa sine
 libro.*

*Adest
 moribū
 do Ma-
 ria.*

64 ANNI CISTERCIENSIS

runt etiam vestimenta, quę in morbo-
rum remedium adhibita, præsentissi-
mam multis salutem attulerunt. Non
me latere potest, quot nominibus Magnę
cælium Regina sim obstrictus: hinc frigi-
dissima mea erga illam obsequia erubescō.
Tu tenuem, quam habeo, amoris venera-
bundi scintillam in magnum, & tanta
Virgine dignum incendium suscita. O fe-
lices flammę, si inter illas emori consingat!

Amor
erga
Mariã.

S. BERNARDUS, hom. 2. sup. Miss.

In periculis, in angustijs, in rebus
dubijs; Mariam invoca, Mari-
am cogita. Ipsam sequens, non de-
vias; ipsam rogans, non desperas;
ipsam cogitans, non erras; ipsa te-
nente, non corruis; ipsa protegente,
non metuis; ipsa duce, non fatigaris;
ipsa propitia pervenis.

Fiducia
in pa-
trrocini
o Marię

23 Januarij. 10 Cal. Febr.

Floruit
anno
1260.

B. BERNARDE, Comes Lippien-
sis. Qui educatis pijsimè in con-
jugio filijs, jugum Cisterciense, illo
priori suavius, suscepisti in Campo
MARIA: ibique Abbas electus, tam
vehementi zelo animarum, ad Christi
ovile

XXIII JANUARIJ. 69

ovile adducendarum exarsisti; ut in ultimam usque Livoniam periculis, & laboribus plenum iter institueris. Ubi adeo fecunda sparsisti Verbi Divini semina; ut brevè numer⁹ fidelium condendo Episcopatu sufficeret. Apostolica igitur auctoritate confirmatus, à *A filio* proprio filio Othone, tunc Trajectensem Pastore, in Episcopum Lealhen- *parens* sem es inauguratus. Alium deinde fi- *cōsecra-* *tur* *Episco-* *pus.* *pus.* lium Gerardum ambo vos, parens & frater, in Archiepiscopum Bremensem (raro, & vix à sæculis pari felicitatis exemplo) consecrasti. *O pie & admirabilis Præsul, esto mihi Bernardus, id est mellifluus patronus. Sim & ego unus ex Fidei filiis tuis: consecra omnes actus meos, ut cōfessio placeant Deo: erudi me, ut Livones tuos in sacrosanctis Fidei mysterijs; & gratiam impetra, sancte in illorum confessione moriendi.*

Venerabilis GUIDO: qui ob probatissimam in Ordinis observantia vic- *Floris* *circa* *annum* *1191.* tam, Floridi Capi Prior, indeq; Abbas electus, virtutum fragrantia omnium in te amorem & venerationem attrahebas. Illa verò tua promotio quàm sibi grata, atque à se præordinata sit, cuidam sanctæ fœminæ DEUS revelavit; qui etiam te denique electione feliciorum Electorum numero adscripsit.

Exora

66 ANNI CISTERCIENSIS

**Præde-
stinatio** Exora Divinam misericordiam, ut & me numerare dignetur inter Electos. Et quâquam reprobis me adjudicent peccata mea, me tamen in spem erigunt suavissima illa Christi verba; quibus in mundum se venisse dicit, non ut justos, sed peccatores vocares.

S. BERNARDUS, ser. 1. in Septuag.

**Fiduci-
a de præ-
destina-
tione** Nescit homo, si sit dignus amore, an odio. [Eccl. 9.] Certitudinem utiq; non habemus: sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis hujus anxietate penitus cruciemur... Itaq; qui stat, videat, ne cadat: & in ea forma, quæ salutis indicium est, & argumentum prædestinationis, perseveret, atq; proficiat.

24 Januarij. 9 Cal. Febr.

**Obijt
anno
1172.** **B. FELIX** Odulane, Geripontis in Hybernia monache: qui celestium rerum contemplationi tam feliciter eas addictus; ut orationi imperturbata & immobili attentione vacares. Passionum porro inquietos motus ita castigationum severitate edomasti; ut vix senti-

sentires. Ad Episcopalem cathedrā vocatus, nō modò de consueta austeritate nihil relaxasti; sed eandem cum annorum simul & sanctimonix incremento auxisti. Ceterum fidelem te ovium tuarum pastorem fuisse, vel mortuus ostendisti: dum illas nec tum deserens, prodigijs ad sepulchrum tuum juvisti.

Impetra tuis jam nulli mentis evagationi obnoxij orationibus hoc mihi nobilissimum à Deo donum, vivæ attentionis inter precandum: comprime iurulentas passionū molestias, distractionum origines: ut (quod Regius Psalter optavit) dirigatur ad Deum sicut incensum oratio mea.

Devota
Oratio.

B. THEOBALDE, Cœnobij Eberbacensis Abbas; Qui ut eras pietatis fama clarus in paucis; ita abstinentiā prorsus admirabilis. Nauseabat nimirum anima, desiderio cœlestium epularum ebria, terrestres cibos; mox cum corpore in vermium nutrimentum transituros. *Excita & in me fame: cibi, quo anima saginatur. Cibum suum aiebat Servator meus, esse, ut facias voluntatem Patris sui: ita & mihi fac sapere cibum, quantum vis subinde minus lapidū, quem sacra Obedientia, quem penitentia, dignos à me identidem fructus exigens, apponit.*

Electus
anno
1201.

Cibus
animæ.

68 ANNI CISTERCIENSIS

S. BERNARDUS, *serm.* 71. *in Cant.*Puritas
actionū

Verbum Divinum indicat, suum cibum esse, factum bonum; si tamen invenerit inter lilia; id est inter virtutes. Alioqui si extra repererit, & bonus (quod in se est) videtur cibus; non tanget illum, qui pascitur inter lilia.

25 Januarij. 8 Cal. Febr.

Circa

annus

1217.

B JOANNES de Jardin; qui in eremo Villariensi præter alias virtutes summo studio rigidam corporis custigationem sectabaris. Altera tuæ pietatis occupatio fuit cultus Augustissimæ cælitum Reginae; cum qua familiariter colloqui haud rarò visus es: sed tunc fiducialissimè; quando egresuram de corporis ergastulo animam auditus es illius patrociniò commendare. Ab eadem Clematissima Matre mihi impetra sanctum illud odium, quo reipsum; & amorem sanctissimum, quo Mariam prosequeris. Contraria sunt: sed in hoc conveniunt; quòd in utroque aperta inveniatur Janua cæli.

Odium
sui, &
amor
Mariz.

B. CATHARINA, DEO singulariter devota sanctimonialis in Germania

nia: Magnes Divini amoris: utpote
 quæ Sponsam cœlestem quotiescunq;
 volebas de cœlo in terras attraxisti. Re-
 ciproco autem amoris æstu, te ille sæ- *Raptus*
 pe per diem septies extra te ad se rapi- *frequē-*
 ebat. Quin aliquando viginti continu- *tes.*
 is diebus in extasi detentam, divina in-
 terim ambrosia corpus, animum spe-
 ctaculis cœlestibus pascebat. Porro in-
 ter Angelorum agmina tam frequens
 versata es; ut dubitarent homines, tū-
 ne in cœlis, an tecum cœli habitarent
 in terris. Tandem hoc illis dubium
 beata morte solvisti. *Septies in die ad*
sui amplexum te admisit Amor Divinus.
Heu quàm dissimilis tibi fui hætenus a-
nima mea! quam utinam septies dunta-
xat ad se rapuisset vanitatis pestilēs amor!
Ah quàm erubesco nunc desendam insi-
pienciam meam, qua tantam Dei dignati-
onem contemnere, & relicto Creatore au-
sus sum adherere creaturæ! Tu fac, ut vel
nunc tandem seriò revertar; & omni de-
inceps momento ingeminem illum Regij va-
sis gemitum: Mihi autem adherere Deo
bonum est; ponere in Domino Deo spem
meam.

Dolor
de spre-
to amo-
re divi-
no.

S. BERNARDUS, serm. xi. de diver.

Veni, Domine Jesu, etiam nunc: Fe-

ju bo-

Jugum
peccati
deplo-
ratur.

su bone, ejice iterum fortiter, quem nos insipienter admisimus: tunc enim verè liberi erimus; si nos liberaveris. Irritum fecimus fadus primū; tibi peccavimus, Domine: satana & operibus ejus denuo obligantes nosmetipsos: jugo iniquitatis colla ultro submittentes, & subjicientes nos misera servituti.

26 Januarij. 7 Cal. Febr.

Obijt
anno
1109.

Pacien-
tia in
oppro-
brijs.

S. ALBERICE: qui ex eremita pijsimo, factus S. P. Roberti discipulus, Molismense cœnobium unā cum alijs viris sanctis construere cœpisti: ibique Prior constitutus, cū impellente zelo divini honoris, laxius viventes durius pro merito increpuiſſes; verbera, carceres, & opprobria patientiſſimè toleraſti. At cū omne conatum in restauranda disciplina videres eſſe fruſtraneum; Molismo de licentia ſancti Abbatis diſcedens, in ſylva Cisterciensi tugurium ex arborum ramis juxta ſacram quandam ædiculam fabricaſti: adhibitis in alimentum obvijs, & ibidem ſponte naſcentibus herbis. Sed hæc frugalis menſa tam

vehc.

vehementem peperit orexim S. Roberto; ut & ipse relicto Molifmo, adjunctis sibi paris desiderij socijs, ad te convolaverit. Hic iterũ novæ, sed sanctiori congregationi Prior præpositus; ac Roberto per Mandatum Sedis Apostolicæ Molifmum reverso, in Abbatem electus; gloriosum nomen, Conditoris Cistercij, si non primum, certè primarium meruisti. Promovebant regēdi felicitatem præter gratiæ supernæ affluentiam, idonea tanto molimini, naturæ munera. Eras enim ingenio mitis; eloquio dulcis; discretus zelo; aspectu venerabilis; in carnem tuam sanctè sævus; in alios mirè benignus. Eminēbat tamen inter virtutum tuarum insignia ardens in MARIAM DEI Parentem amoris affectus: quem à teneris unguiculis in pectore tuo alebas. Nec voluit illa Mater pulchræ dilectionis, se gratis amari. Cùm enim consuetas quadam nocte psalmodiæ laudes devotiùs cantares: adfuit illa in clarissima luce spectabilis: & candidam, quam manibus gestabat, Cucullam tuis humeris injecit: in eundem colorem ex nigro mutatis omnium in choro psallentium cucullis. Non suppetebat, quod tanto favori in gratiarum actionem rependeres; quàm ut pijsimi in

*Roberto
succedit*

*Culcor
eximi
Maria.*

*Albam
ab ea
Cucul-
lam ac-
cipit.*

candem

72 ANNI CISTERCIENSIS

Ordo Ci-
sterciē-
sis dica-
tur Ma-
rie.

eandem Roberti Patris exemplo, no-
viter inchoatum Ordinē illi in manci-
patum perpetuum consecraret. Neque
respuit illa donum: sed omnes Ordinis
alumnos, in specialem clientelam ac-
cepturam se, iisque patrocínio suo
semper adfuturam promisit. Magna
hæc inter solatia, sub annorum ac la-
borum sarcina exhaustis viribus: dum
illa Litaniarum verba proferres: *San-
cta Maria, ora pro me*: facie instar solis
radiante, candidissimum spiritum in
Virgineas manus *MARIÆ* consignasti.
*Si adhuc inter nos peccatores viveres mor-
talis, non dubitarem te rogare, ut me Re-
gina Angelorum, tanta benevolentia tibi
addictæ, commendares. At nunc in cælis
beatum majori fiducia accedo, & rogo; ut
suis pro me ad illam precibus efficias, ne
suo me miserum peccatorem patrocínio, in
ultima præsertim lucta cum morte, desti-
tuat.*

Marie
patroci-
nium

Passa
circa
annum
1260.

Sanctæ Virgines *VITAVIEN-
SES*, à Paganis in Suecia; pro Fidei
& Castitatis conservandæ constantia,
crudeliter trucidatæ. Excitate vestris
vulneribus animum meum ad patientiæ
amorem. Monstrate mihi frequenter spe-
culum patientiæ, Jesum suis Vulneribus
cruentum: ut saltem pro sanguine, com-
passionis lachrymas effundam.

B. UL.

B. ULBOLDE, Veteris Monasterij Converse: qui divitiarum à majoribus acceptarum unum scripturus heredem DEUM, magna earum parte egenos locupletasti. Ex altera constructo Parthenone, tot filias nactus es, quot sacratas DEO Virgines ibidem Cistercium educavit. Ultimam denique partem tecum ad coenobium traduxisti. In quo avaritiâ meliùs tempori, quàm nummis impensâ, nihil magis dolebas; quàm jacturam vel levis momenti, quod absque utili labore, aut pia oratione transisset. *Æternitati nimirum te, tuâque omnia sacra veras: cuius memoria utinam me in omni actione nunquam desereret! Ad hanc enim metam si cogitatio mea collimet, vix fieri poterit, ut hoc brevissimum vitæ mortalis tempus non salubriter impendam.*

*Circa
annum
1233.*

*Æterni-
tas.*

S. BERNARDUS, serm. ad schol.

Hoc tempus ad agendam pœnitenti- am, ad acquirendam gratiam, ad promerendam gloriam miseratio Cõ- ditoris indulget: quo Divinam debemus propitiare pietatem, & pro- perare ad Angelicam societatem; sus- spirare ad amissam hereditatem, ex-

*Temp^o
hujus
vitæ ut
impen-
dendũt*

D

citare

*citare remissam voluntatem, flere
admissam iniquitatem.*

(✠)(✠)(✠)(✠)(✠)(✠)(✠)(✠)

27 Januarij. 6 Cal. Febr.

Obijt
anno
1227.

B. BRUNO, Monialium Parisiensium ad S. Antonium Confessarie: qui illarum spiritualem profectum omni diligentia promovisti, tum pietatem excitantibus monitis, tum virtutum variarum exemplis. Plures enim noctes in oratione, & rerum cœlestium contemplatione, quàm somno transigebas. Præter hæc, stupenda, & humanis viribus intolerabili inedia; nec minùs acerbis flagellorum ac ciliçij cruciatibus carnem affligebas. Jámque penè decrepitus, à Superioribus facultatē obtinuisti, in Palestinam iter instituendi: in quo perlustratis magno pietatis fervore locis, quæ Christi pretiosissimus Sanguis, ac pedum vestigia nobilitaverunt; contracto ex viarum incommodis morbo, post suscepta ibidem devotissimè Sacramenta, è terrena ad cœlestem Jerosolymam ascendisti. *Doce etiam me habitare in Jerusalem, quæ est visio pacis. Videam in victoria tentationum, pacem Conscientiæ: per charitatem, cum proximo: per humilem Obedientiam, cum Superioribus.*

Pax interna.

B. D. O.

B. DOMINICE, cognomine Martinez: qui cum in magnificentissimo illo Alcobatiae monasterio per ætatem sapientia & gratia, apud DEUM & homines mirè profecisses; in Abbatem assumptus, numerosam illam congregationem tam piè prudentèrque gubernasti; ut post mortem, tanquam indubiè sanctus, Officio Ecclesiastico coli merueris: venerationis ac laudis materiam præbentibus, non ijs solùm; quæ in vivis sanctè gesseras; sed etiam quæ ad sepulchrum contigère prodigijs. Ingentis præconiij est, vel paucis sine querela præesse. Quæ igitur tua laus, qui cætui nongentorum Monachorum in summa perfectione imperasti? Et quæ inertia mea, qui unum me tam malè rego, qui dum negotia regni cælestis, id est salutem animæ summo studio promovere deberem, cum ineptissimo illo Imperatore muscis inutiliù cogitationum capiendis, nobile tempus consumo?

Floruit anno 1253.

Negotium regni cælestis.

S. BERNARDUS, ser. 10. de diversis

Magna est, dico vobis, charissimi, & nimium inexcusabilis negligentia nostra, qui cogitationibus otiosis vacantes, tempus amittimus: quibus nimirum nec penetranda nubes, nec

Cogitationibus otiosis substiti-

zuenda *maria transfretanda, ut salubres in-*
 salu- *veniamus cogitationes: sed prope est*
 bres. *(ut ait Moyses, Deut. 30.) Ver-*
bum in ore nostro, & in corde nostro;
& infinitas in nobismetipsis utilium
cogitationum occasiones & seminaria
possumus invenire.

(☉)(☽)(☉)(☽)(☉)(☽)(☉)

28 Januarij. 5 Cal. Febr.

cessit
 anno
 1211.

Colum-
 ba insi-
 det ca-
 piti ty-
 ronis.

B. CAROLE: qui non minùs avidè
 stemmatis & opum splendorem,
 jam supra ætatem maturus adolescens
 contempsisti, quàm alij iisdem vanita-
 tibus inhiant: id unum pro votorum
 meta constituens; ut in umbra Villa-
 riensis Asceterij latères. Sed ad publi-
 cam famam te statim initia produxê-
 re; miræ pulchritudinis columbâ capi-
 tituo insidere visâ, dum sacro Ordinis
 habitu induebaris. Præsignabat nimi-
 rum columbinam animi puritatem,
 mentémque DEO plenam; quam de-
 inceps non solum Villarium, sed &
 Magnates terræ non vulgariter vene-
 rabantur. Unde ibidem pro merito in
 Abbatem electus, non nisi cogente per
 Obedientiam Capitulo Generali assen-
 sum præbuisisti. Ita tamen in ea digni-
 tate

tate præcallebas; ut cœnobium sub tuo regimine tam morum, quàm murorum decore, non exigua acceperit incrementa. Vir eras in diebus tuis potens opere & sermone: Principibus charus & honorabilis: inter quos sæpe aureâ tuâ facundiâ desperatam pacem sanxisti. Tam liberalis in pauperes, quàm parcus & durus tibi. Audiebas passim orphanorum Pater, & omnium afflictorum asylius. Impetratâ tandem multis precibus potestate, onus honoris, antecessorum pio more, deposuisti, ut tanto expeditiùs evolares in cœlum.

Etiâ ego miser ingemisco sub gravi onere, à quo utinam me misericors Deus ante vitæ terminum exsolvat! Pondus est, heu non dignitatis, quale tu sternendæ ad cœlum viæ abjecisti: sed indigna lucis opera tenebrarum: digna tenebris æternis peccata mea. Adjuva me, ut illa abiciam; & discussâ cæcitatæ nocte, in serena vitæ melioris die, cursum meæ peregrinationis absolvam.

Onus peccatorum abjiciendū ante mortē.

B. RICHARDE: qui suave BERNARDI magisterium omnibus mundi delicijs anteferebat, consuetos in illa virtutum palæstra sanctimonix gradus tam prosperè es assecutus: ut cum ille virtutes suas in moribus tuis expressas conspiceret, celebri monasterio Val-

Obijt anno 1163.

cellensi Abbatem dederit. In quo munere talenta tibi à DEO commissa fideliter impendens; velut servus fidelis, & villicus utilis, introisti in gaudium Domini tui. *Deprecare pro me Magnum illum Patrem familias; ut si quæ talenta mihi credere dignetur, donet simul gratiã, qua vivo semper proficiendi ardore in eis operer: non alium finem, quàm ejus gloriam; non aliud lucrum quærens, quàm sanctissimæ voluntatis ejus in me adimplerionem.*

S. BERNARDUS, ep. 253.

Nunquam Justus arbitratur, se comprehendisse: nunquam dicit, satis est: semperq; esurit sititq; justitiam. Ita ut si semper viveret; semper, quantum in se est, justior esse conderet; semper de bono in melius proficere, totis viribus conaretur.

(☩)(☩)(☩)(☩)(☩)(☩)(☩)

29 Januarij. & Cal. Febr.

B. REMBERTE: qui cum militiæ stipendia, quæ merebas, cum illis conferres, quæ sub Christi vexillo in virtutum arena certantibus promittuntur: atque illinc post laboriosas miseras, finem tristissimum: hinc post
facilem

Operã-
dum in
talētis.

Profici-
endum
semper.

Circa
annum
1250.

facilem pugnam, æternæ felicitatis palmas provideres: contemptâ, in qua maximè florebas, gloriâ mundique fastu, humilem Conversum in monasterio Villariensi induisti. Atq; ut in ista adhuc vita, spem tuam non fore confundendam scires: aliquot ante obitum diebus, ipsemet sacræ militiæ dux humani generis Servator, unâ cum cælorum Imperatrice Virgine Matre, paratam tibi inter Beatos gloriæ sedem præostendit. *Ad militiam vocatur, quisquis ad vitam: nec cessat pugnandi necessitas, donec mors canat receptui. Te, ô beate, in hujus belli Socium invoco. Nosti fraudes & arma hostium: nosti & vires meas; utique succubituras, nisi alieno subsidio roborentur.*

Ostenditur moturo celestis gloria.

Auxiliû in bello spiritu-ali.

B. H I M M A N A : quæ animum nobilissimo generi non imparem nacta, calcatis ab infantia mundi vanitatibus in monasterio Salsiniensi te inter Cistercienses Virgines Altissimo in humilem ancillam, castamque sponsam obtulisti. Crevere cum annis heroicæ virtutes: unde in Matrem electa, charitate indefessa, prudentia admirabili, & sollicitudine in singulas æquali, fortunatum regimen effecisti. Inter alia tuæ pietatis argumenta non ultimum fuit, amor & cultus erga Sanctorum

Floruit anno 1260.

*Cultus
SS. Re-
liquia-
rum.*

Reliquias: quas cum pro voto à germano fratre Conrado Archiepiscopo Coloniensi acciperes; in diversa illius viciniae loca multam devotionem induxisti. Ut autem te Christi non gloriosi duntaxat, sed & patientis sponsam agnosceres, ingens ærumnarum procella in te repente fuit effusa. Cum enim Justitiæ zelo ducta ex urbe Namurcensi, ope illius Comitissæ, infamis vitæ fæcem hominum proscripsisses; à furiosis civibus è monasterio ejecta,

*Patientia in
adversis.*

in diuturni exilij molestijs uberem invenisti messem; ex qua dilecto tuo fasciculum myrrhæ componeres. Por-tum denique ex hoc naufragio dedit monasterium Flinense: cui postquam aliquot annis præfuiisti: ibidem sancto sine quievisti. Scio, spinosam hanc patientiæ sylvam mihi non tam pro communi generis humani sorte, sed maximè in peccatorum meorum supplicium, aut in hoc, aut in altero seculo penetrandam. Tu ora, ut Deus corripiat me in hoc gratiarum & miserationum suarum tempore: utque in diem illam tremendam nihil differat, nisi quod in misericordia coronet.

*Hic pa-
ti, levi⁹
est,
quàm
Ibi.*

S. BERNARDUS, serm. 17. in psalm. XC.

Non contemnamus, fratres, tribulationem

lationem : semen modicum est, magnus exinde fructus exurgit. Fortè insipidum est, fortè acerbum, fortè granum sinapis. Non consideremus, quæ inveniuntur, sed quæ non inveniuntur in eo : quæ enim inveniuntur, temporalia sunt ; quæ non inveniuntur, æterna.

Tribulatio
quo animo ferenda.

(☉)(☽)(☉)(☽)(☉)(☽)(☉)

30 Januarij. 3 Cal. Febr.

B. ÆGIDI, cognomento Amice; *Floruit circa annum 1230.*
Abbas monasterij de Baudeloo. Qui in vastissima illa tunc temporis eremo Angelicam vitam ducens, ignotus esse mundo, tibi que mundum cupiebas. At sanctitatis tuæ fama, quasi sonora quædam, & densi illius Luci (id enim sonat Baudeloo) fragore aucta vox, ita per Belgium increbuit : ut catervatim accurrentibus virtutum tuarum æmulatoribus, Cœnobium in maximam amplitudinem excreverit. Quæ quidem ultra tria sæcula immobilis stetit : donec furibunda hæresis veneranda illa antiquæ pietatis monumenta funditùs evertit. Sed Phœnicem nimirum genueras, qui è suis cineribus redivivus, hac ætate in civitate

D 5

Ganda.

Beata
solitu-
do.

Gandavensi novo splendore, tam disciplinae regularis quàm ædificiorum alas explicat. Habitem & ego in solitudine cordis mei, procul à rebus omnibus, quæ sunt mundi: cum mundus, si verè consideretur, nihil sit aliud: quàm malorum sentina, animarum naufragium, vitiorum schola, & præceptus ad interitum via: vice versa, beata solitudo (ut cuidam sancto placuit) sit sola beatitudo.

S. BERNARDUS, serm. 40. in Cant.

§ Solitu-
do ubi-
que in-
venitur

De cetero sola indicitur tibi mentis, & spiritus solitudo. Solus es, si non communia cogites; si non affectes præsentia; si despicias, quod multi suspiciunt; si fastidias, quod multi desiderant.

(☩)(☩)(☩)(☩)(☩)(☩)(☩)

31 Januarij. Pridie Cal. Febr.

Vixit
anno
1529.

B. MARIA à Matre DEI: quæ Vellum Cisterciense in Jependi monasterio susceptum, velut aurum suum, quo includitur, gemma, tuis virtutibus exornasti. Unde majoribus curis idonea, ad construendum novum monasterium in villa de Pinto prope Madridum emissa, illud glorioso titulo

Imma

Immaculatæ Conceptionis MARIÆ
 dedicasti; & pluribus annis sanctissi-
 mē rexisti. Corpus tuum inviolatæ *Corpus*
 innocentiaē tenax, adhuc hodie in Je- *incor-*
 pensi Cœnobio servatur integrum si- *ruptū*
 nē ullo corruptionis indicio; sed nō si- *manet.*
 mē admiratione, & multiplici fructu
 ad tanti prodigij venerationem acce-
 dentis populi. *Corpus meum multa pec-*
catorum tabe corruptum ad ista solius In-
nocentiaē præmia non aspirat: sed tu preti-
osum aroma veræ Contritionis, ac amoris *Anima*
Dei mihi compara: quo melior illa pars, a- *incor-*
nima, acceptam ab origine sua incorrupti- *rupta*
onem recuperet. *optatur*

B. PETRE, Villariensis cœnobij *Floruit*
 Converse. Qui cū adhuc in sæculo *circa a.*
 morareris; levia quædam delicta ju- *1200.*
 ventutis tuæ in tanta amaritudine a-
 nimæ desiebas; ut ad misericordiam
 quoque superabundantem flexa Divi-
 na Bonitas; voce de cœlo emissa, pone-
 re in cœrorem jussit; quando quidem
 remissa tibi sint omnia peccata tua. De
 ulteriore porrò hujus favoris certitu-
 dine sollicitum, ac supplicem; Miseri-
 cordiæ Mater per visum ad cœlestem *Baptis-*
 Curiam deduxit: ubi post peractas cę- *mum*
 remonias, quas salutari lavacro tin- *alterū*
 gendis infantibus adhibet Ecclesiæ pia *in cælo*
 consuetudo: te iterum ab ulteriore *per vi-*
 D 6 planctu

*sum re-
cipit.*

planctu dehortata est, & gratulata; quòd eandem Innocentiæ vestem receperis, quam tibi olim recens nato, verus ille Baptismus contulisset. Eâdem suadente, ut ad summum virtutis apicem pertingeres; Cisterciense Institutum in Villario es amplexus: ubi cum prima illa lugendi materia deesset, novam suggessit fastidium miseri exilij, & desiderium patriæ felicis. Novo languori novum remedium præbuit inexhausta pietas Servatoris: qui te clara voce sic alloqui dignatus est.

*à Chri-
sto iterũ
roboratur.*

Cur ploras, dilecte mi? Noli deficere, noli diffidere, noli metuere. Servi fideliter, profice jugiter, persevera fortiter: Ego adimplebo omnia vota cordis tui. Innumerus ejusmodi gratiæ Divinæ donis confirmatus, totum te immerdisti pelago supremi amoris; id est contemplationi & imitationi Dominicæ Passionis. Cui ut corpus tuum, quantum permittunt humanæ vires, conforme redderes; nulla doloris instrumenta intentata reliquisti. Cilicia, vepres, flagella, ut nimis vulgaria, pro ludo erant: uncis ferreis, veste ex erinacei pellibus texta, quadraginta dierum inediâ, non tam cruciari quàm laniare te; patienti sitim aliquatenus restinguebant; at minimè satiabant: donec clavis trabalibus

*cui pa-
tienti
cupit
confor-
mari.*

*dirè se
cruciat*

balibus manus ac pedes; ignitóque ferro latus perfoderis. Hic denuo divinus amor fervori tuo, supra seipsum pene eluctanti; metam posuit, sanatis non sine prodigio celerrimè plagis, vix relicta ad solam doloris memoriam cicatrice: apertum tamen usque ad vitæ finem conservasti pectoris vulnus. Grandi nimirum animæ spiraculum cordi vicinius atque patentius opus erat: per cuius hiatus ex carnis ergastulo elaberetur ad cœlum. Certè ne coalesceret, illud fune ex fetis equinis contorto tam diu obligasti: dum subtilissimo Divini amoris igne eliquatus spiritus, spirare desineret in corpore, fieretque unus cum DEO in æternitate. Quàm verò excelsum gloriæ cœlestis gradum fueris affecutus, ex eo licet conijcere: quòd cum Angelorum Regina te in quodã raptu admonuisset; ut diem Immaculatæ suæ Conceptioni sacram, etsi in Ordine nondum receptam, summa devotione obires: idque te, quoad vixeris, facturum promississes: ipsa novo vinculo spiritualis conjugij te sibi devinxit: nec dedignata est Sponsa Spiritûs sancti, se quoque tuam, licet humilis Conversi, Sponsam appellari. Resume ferrum illud ignitum; transverbera hoc durum cor meum:

*Quinq;
Vulne-
ra sibi
infligit.*

*Vulneri
cordis
funem
immit-
tit.*

*Festum
Imacu-
latæ Co-
cept. ju-
betur
celebra-
re.*

ut vel sic sentiat amarissimos dolores, quos Unigenitus Dei Filius pro me ingratisimo peccatore sustinuit. Per illum te amorem precor, qui pectori tuo insedit, ne patere, ut ultra tanto amori vivam ingratus. Si saxum est cor meum: stylo ferreo inscribe sacra Dominicæ Passionis mysteria, ne obliterentur. Si glacies est: igne tuo totum in aquam resolve, ut illud per oculorum meatus effundam. Fac ut residuum annorum meorum sit jugis meditatio Dolentis & Amantis Jesu: nec prius dolere & amare desinam, quam vivere.

Meditatio
Passionis
Dominicæ

S. BERNARDUS, serm. 43. in Cant.

affidua. Tu quoque, si sapis, imitaberis sponsæ prudentiam; atque hunc myrrhæ tam charum fasciculum de principali tui pectoris nec ad horam patieris avelli: amara illa omnia, quæ pro te pertulisti, semper in memoria retinens, & assidua meditatione revolvens; quo possis dicere & tu: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commemorabitur.



ANNI



ANNI
CISTERCIENSIS
FEBRUARIUS.

1. *Februarij Calende.*



ANCTE JOAN- *Floruit*
NES: sanctissimi BER- *anno*
NARDI discipule: cui *1130.*

propter future sãctita-
tis specimina, dignis
es visus, quem in Bri-

tanniam mitteret, ad construenda &
gubernãda plura monasteria. At cum
post paucorum annorum præfectu-
ram, negotiorum tædio, & vitæ ar-
ctioris desiderio eremum petiisses; ab
eodem longa epistola reductus, tuis-
que restitutus es. Idem verò fuisse de
te Divinæ Providentiæ, & BERNARDI
judicium: ut nempe alijs præesses, ac
prodesse: ex eo patuit, quòd non
longè à reditu ad Episcopatum Ale-
thensem fueris promotus. Hic depra-
vatos cleri, populique mores ad meli-
orem

S. Joā-
nes cur
dictus
de Cra-
ticula?

Joānis
etymō.

Circa
annum
1300.

Pius in
B. V. a-
mor.

orem normam revocare allaboranti,
graves obstitere difficultates: quas ta-
men infracto animo, & ubere tandem
fructu perumpens, laboriosam vitam
in mortis beatæ requiem transinu-
tasti. Cujus Corpus post aliquot ab o-
bitu annos, ob prodigiorum frequen-
tiam ex umbra tumuli ad lucem ho-
norationis loci sublevatum; & plebis
venerationi intrà *craticulas*, seu cancel-
los Templi expositum, celebre nomen
tibi sancti Joannis de *Craticula* peperit.
*Feliciores nunc prospicis per cancellos in
has terras, patriæ immortalis æternus ci-
vis. En ego extra illos positus, & admitti
sperans ac suspirans tuam opem imploro,
Esto mihi Joannes; id est juxta dulce no-
minis etymon, graciosus, pius, misericors:
& fac, ut mihi morienti pateant illi (ô fe-
lices!) cælorum cancelli.*

B. E L A, Comitissa Sarisburiensis
in Anglia: Quæ in cultum Virginis
Matris à matris ubere propensa, totum
hoc Universum optabas converti in
linguas, ejusdem Augustæ præconia
sinè intermissione celebraturas. Ad
quas quodammodo coëmendas, mox
ut per ætatem licuit, omnem dotem
liberaliter impendisti, constructo La-
cokensi monasterio, traditòque Ci-
sterciensis Instituti (M A R I Æ ab ori-
gine

gine sua mancipati) Virginibus; votū tuum per diuturnam devotionem, donec infanda hæresis imponat silentium, impleturis. Ac ne Virginem omni laude dignissimam alienis solummodò labijs honorares, te sacro illi choro adjunxisti. Ubi quanquam genus, Foundationis immortale beneficium, & ornamenta virtutum, tibi principem locum offerrent; vix tamen aliud & munus & nomen, quàm humilis ancillæ admisisti: non ignara; tunc summum nobilitatis obtineri fastigiū, cum virtus ad imam humilitatis radicem descenderit. *Quidquid in universa rerum natura summum est; incitamentum est ad amplectendam animi demissionem. Exemplum, Sapientia DEI Incarnata. quid sublimius? Præmium, cælum; quid aliud? ejus possessio, æternitas; quid majus? patientia (si quã continet) momentum: quid brevius? Doce me seriò ista perpendere, & quòd non otiosè illa legerim, opere demonstrare.*

Animi demissio

Humilitatis incitamentum.

S. BERNARDUS, serm. 47 in Cant.

Quis justus, nisi humilis? Nam cum se manibus Baptiste servi Dominus inclinaret, & ille expavesceret majestatem: Sine, inquit: sic enim de-

Justitiæ perfectio est humilitas

cet

90 ANNI CISTERCIENSIS
cet nos implere omnem justitiã:
*consummationem profectò justitiæ in
humilitatis perfectione constituens.*



2 Februarij. 4 Nonas.

Passi
circa
annum
1480.

SANCTI MARTYRES NOVÆ-VALLIÆ
in Suecia; quos ipso Purificationis
Marianæ Festo, post Missarum solen-
nia, Christiernus, impius Danorum
Rex comprehensos, diverso supplicio-
rum genere, in odium Fidei Catholicæ
affecit: quibusdam in præterlabentem
fluvium projectis: alijs ferro crudeli-
ter enecatis. Cùmque Abbas ex aquis
natando evasisset, à superveniente e-
orundem carnificum turma multis
vulneribus confossus, atque in flumen
præcipitatus, gloriosam Martyrij pal-
mam unà cum filijs reportavit. *In ve-
stra est potestate, vestros nunc in celo tri-
umphos novis augere victorijs: si nimi-
rum mihi (quod supplex rogo) in prælijs
contra humanæ salutis hostem vestrorum
meritorum subsidia præbeatis. Immanis
bellua est ille hostis antiquus: fugatur,
licet erubescere nesciat, sanguine Martyrũ.*

Victo-
ria de
hoste.

Floruit
anno
1586.

B. IGNATI; monache Morero-
læ in Hispania: cujus sanctimonia ad
emeritam usque senectutem soli DEO
cogni.

cognita, tandem in mortis janua per
 geminum prodigium orbi innotuit.
 Cùm enim placidè piéque exspirasses; *Mortu⁹*
 jámque feretro impositus tumulum *redit*
 expectares; subito ad vitam revocatus, *ad vi-*
 in hæc ferè verba ad circumstantes, rei *tam:*
 novitate attonitos, prorupisti. O quàm
 nobilem, inquiebas, quàm pulchram,
 fratres, hodie inspexi scenam! Ne tæ-
 deat vos laboris, quem toleratis, mo- *mira*
 mentanei, quo tam longam, tam im- *refert.*
 mensæ dulcedinis requiem compara-
 tis. O quàm gaudebunt oculi vestri
 de præteritis aliquãdo vigilijs, cùm in-
 comparabilem illam Divinæ majesta-
 tis, & Electorum gloriam intuebuntur!
 Ne sint grãvia vobis modò jejunia;
 manet vos mensa, ô quantis delicijs
 affluens! Durate, præstò est vobis po-
 tentissima M A R I Æ, Patronæ nostræ
 manus. Hujus suavissimam vocem au-
 dire merui; securè promittentis; vos
 omnes, & quotquot Cisterciensis mo-
 nachi nomen non nimis indignè fe-
 rant, sibi eidem curæ futuros, cui sit
 matri tenerrimè amanti unicus filius.
 Hæc pauca vobis nunciare jussus sum:
 valete. Quibus dictis denuo clausisti
 oculos mundo, ut cœlo aperires. Hoc
 è cœlo prodigium: alterum terra de-
 dit: quæ quali purissimæ corporis tui
 glebæ

92 ANNI CISTERCIENSIS

glebæ sibi conjungendæ avida, procul à sepulchro, quod fratres effoderant, se sponte ponè templi parietem aperuit: seu fortè id obsequij cœlestes Genij, tanquam suo jam civi, præstitère. *Revoca ad vitam heu sæpe in peccatis emortuam animam meam: effice me sollicitum de illa tam gravis momenti hora. Doce me vigilare semper, ne ulla hora me imparatum inveniat.*

S. BERNARDUS, ser. 28. de divers.

Prepara-
ratio
ad re-
gnum
DEI.

Dignum valde est, & omnino exigit ratio equitatis: ut quibus à constitutione mundi regnum paratur, ipsi etiam regno parare se non negligant: ne parato regno inveniantur forsitan, qui regnaturi erant, imparati.

(☉)(☉)(☉)(☉)(☉)(☉)(☉)(☉)

3 Februarij. 3 Nonas.

Obijt
anno
1223.

B. HELINANDE: qui unà cum literis imbibito vanitatis amore, aliquamdiu publicum histrionem egisti. Mundum nempe ludebas: qui ne tibi pro more suo tandem irreparabili damno illuderet; in monasterio Frigidi Montis mimicam cucullam in monachalem convertisti: tragœdias deinceps pro cothurno daturus, sed quibus

cæli-

coelites applaudant. Sanè quàm dextrè olim in theatro Roscij, tam scitè in claustrò Religiosi personam sustinebas. Et rem seriò agi, indicabant perennes lachrymæ, & cruda semper à flagris vulnera. Gemitus interpolabat lectio vel commētatio sacra: cujus insigne monumentum posteris præter alia reliquisti, Historiam à condito mundo ad tua usque tempora deductam. Hinc summorum virorum gratia florebas: sed apud DEUM majore; qui te signis prodigiosis ac sanctitatis fama celebrem ad cœlos evocavit. *Etiam in libro memoriæ meæ historiam scribe; non jam de rebus præteritis, sed novissimis. Legam & relegam, imminentem in singula momenta mortem: aspiciam tremendum Judicem, de quolibet verbo otioso ratiocinia exposcentem &c. Docebit utique liber iste præ cunctis alijs, historiæ scopum, qui est: rectè vivere.*

*Scriptis
claret.*

*Utilis
historia
de 4 No
vissimis*

B. PETRE: qui in monasterio Dundeni Prior constitutus tuæ curæ commissos exemplo & adhortatione ad magnam perfectionem deduxisti: id inter præcipuas curas ponens, ut instillares omnibus dignum suo Instituto amoris affectum erga Virginem Matrem. Cujus favores ut non rarò per vitam, ita vel maximè circa finem expertus

*Obijt
anne
1465.*

Mori-
būdum
Maria
cōsola-
tur.

Cantās
moritur

Spes sa-
lutis
Maria.

pertus es; ab ea de migrationis hora præmonitus, & in ipsa lucta per ejus præsentiam recreatus. Et erat verè migrationis, non mortis illa species; dum sensus, ut erant ad despoticum Rationis imperium assueti, non prius officium deseruere, quàm missione à te pro arbitrato accepta. Extrema enim illa hora appetente, totam Congregationem convocasti; suavi oratione datis olim monitis epilogum imponens. Ac dum illi inceptam à te Antiphonam, *O Intemerata*, cantando prosequerentur, exultantem spiritum emisisti. *Actum est de mea salute, si spes, & fiducia mea in Refugium peccatorum Mariam me destituat. Quod ut fieri non posse securè credam, confirmant me innumera, quæ ab omnibus retro sæculis erexit, Misericordiæ suæ trophæa. Sed ut ad ea fortasse non respiciam, fiduciam excitabit vel unus*

S. BERNARDUS, ser. 2. de Pentec.

Totius
Univer-
si salus
Maria.

Ad Mariam, sicut ad medium, sicut ad Arcam Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium sæculorum, respiciunt, & qui in cælo habitant, & qui in inferno, & qui nos præcesserunt, & nos, qui sumus, & qui sequentur

quentur, & nati natorum, & qui nascentur ab ipsis. Illi qui sunt in celo, ut resarciantur; & qui in inferno, ut eripiantur: qui precesserunt, ut prophetae fideles inveniantur: qui sequuntur, ut glorificentur.



4. Februarij. Pridie Nonas.

Obijt

anno

1201.

B CHRISTIANE: qui ut lubricæ
juventutis tuæ delicta seriò deplora-
reres; celebri pœnitentium palæstræ,
monasterio Heisterbacensi te inclusisti.
Ubi corporis vires fervori spiritûs lon-
gè impares te mox destituissent, nisi
suppetias cœlum tulisset, & cum do-
loribus alternasset solatia. Consueta
orationis protelatione lassatum caput
aliquando in Ecclesia super altaris pe-
dem reclinans obdormieras; cum ad-
fuit illico Salus infirmorum Maria, &
unà cum dolore somnum discussit.
Subtractū per aliquod tempus donum
lachrymarum cū multis precibus à
DEO frustra repeteres; devoto tandem
S. Crucis osculo recuperasti. Quando
te corporis debilitas à confortio Psal-
lentium excludebat; spiritu tamen ijs-
dem

agrum

sanatB.

Virgo.

donum

lachry-

marum

recipit.

*videt in
choro
Ange-
los:*

*odorem
myrrhæ
manus
spargūt*

*60 dies,
pro 60
annis
cōputā-
tur.*

*Ingens
lucrum
ex Pati-
entia.*

dem junctus multoties Angelos, & ipsum Angelorum Regem Christum in Oratorio præsentem observasti. Miræ præter hæc suavitatis odor te ad patientiam indefessam excitabat, quem manus tuæ exhalabant, balsamo myrrhæ permixto non absimilem: cum alioquin diu decumbentibus foetor ex pigro aëre, & corruptis humoribus ortus, non modicum utique gravamen afferre soleat. Morborum denique perpetua conflictatione quassatus, cum non siccis à DEO suspirijs peteres exsolvi de hujus exilij vinculis: Diva Agatha te per visum ad perseverantiam cohortata, promisit intrà sexaginta dies libertatem; nec sine ingenti merito transigendos: utpote illorum quolibet ad integri anni meritum computando: quorum ex condicito ultimus fuit ejusdem Sanctæ pervigilium, in quo piè obdormisti; diem festivum, eumq; æternum in altero orbe celebraturus. *Immensum est nempe lucrum Patientia; ubi momentum transvolans compensatur pondere totius æternitatis; punctum subito evanescentis horulæ, circumferentiâ tam amplâ, quæ ne ipsum incomprehensibilem Deum excludit. Doce me hæc duo opposita (ut juxta se posita, magis elucescât) ad Rationis trutinam sæpiùs revocare: ut*

si cen-

si centum alia motiva mihi patientiæ amorem non pariant, id præstet lucri tam luculenti cupido.

Alter B. CHRISTIANE: cujus *Floruit*
 in pueritia simplicitas, veluti ætati illi *circa*
 congrua virtus; ita secuturæ sanctimo- *annum*
 niæ quidam phosphorus fuit, deinceps *1218.*
 miras actiones tuas illustraturus. Ra-
 diorum primitias vibraſti in tenebra- *à dæ-*
 rum principem; qui cùm tibi jam ado- *mone*
 leſcenti, nudæ mulieris, in tergum tu- *infesta-*
 um inſipientis phantasmate illuderet; *tur:*
 ſimplicis patientiæ umbone, validum
 licèt impetum eluſiſti. In ſacerdotum
 numerum relatus, dum ad Eccleſiam
 properares, ut Sacrum in D. Magdale- *Divini-*
 næ honorem faceres; viam verò inter- *tus tor-*
 medius torrens, præter morem aquis *rentem*
 tumidus, occluderet; Sancta illa te unà *superat*
 cum equo ad alterum litus transporta-
 vit; ac ſpectari ſe voluit ſacrificio tuo
 præſentem: ædituo rem inſolitam in-
 ter pium tremorem obſtupeſcente. Ut-
 cunque autem ſimplex tibi animus fu-
 erit; eò tamen ſeſe porrexit; ut videres,
 in mundi procellis ſalutem tuam peri-
 clitari. Illam proinde clauſtro Hem-
 menrodenti texiſti. Ubi ille, cujus ſer-
 mocinatio cum ſimplicibus, multâ te
 gratiâ fuit dignatus; per varia oſtenta
 tibi manifeſtans; quem locum obtine-
 rent

E

rent

rent apud DEUM vel tua, vel aliorum merita. Quotidianum orationis statutæ pensum intensissima devotione persolvere solebas: cùmque te ultima fatalis infirmitas à pia consuetudine quadam die impedivisset; & intermissa sub crepusculum resarcire tentares: se tibi sociam adjunxit Virgo Mater, cucullâ monachali vestita, ac alternatim psalmorum versiculos reddendo, preces tecum ad finem usque deduxit: substituura mox cœlestes choraulas; quibuscum inter sidera feliciorum psalmodiam æternùm pangeres. *Quàm devota, quàm amore Divino ignea fuerit illa oratio tua in tali consortio! Ora amabilissimam Virginem; ut & me orantem, maximè in precibus ad ejus cultum spectantibus juvet. Doceat illa me orare, prout novit; Deo sibi que placere, & expedire salutis animæ meæ.*

B. *Virgo cum eo psallit.*

Oratio.

S. BERNARDUS, serm. 86. in Cant.

Oranti quid sit querendum

Non rectè oras, si orando, præter Verbum aliquid quæras; quoniam in ipso sunt omnia. Ibi remedium vulnerum; ibi subsidia necessitatum: ibi deniq; quidquid accipere, vel habere hominibus expedit, quidquid decet, quidquid oportet.

5 Fe-



5 Februarij. Nonis.

B. ALEXANDER: qui ut te confor- *Floruit*
 mares sapientissimo consilio S. Le- *anno*
 gislatoris Benedicti, censentis, inter *1137.*
 monachorum genera fortissimum esse
 Cœnobiticum; diu habitatam in sum-
 mo rigore eremum ejusdem Patriar-
 chę Legibus sub Reformatione Cister-
 cienti subjecisti. Convocatis itaque so-
 litudinis tuę confortibus ad Belli-lo-
 cum, Abbatiali sollicitudine aliquam-
 diu sanctissimè præfuiisti: sed pristini
 secessus amore; ac parando expeditio-
 ri ad cœlum tramiti, præfecturam; nec
 multo post vitam exuisti. *Longum illud* *Peccati*
iter aternitatis ingressuro quam onerosi *vincula*
sint peccatorum compedes, non ignoras, o
beate. Tu illos nunc tuis precibus dissolve:
ne me tunc premant, cum vinculum corpo-
ris & animæ mors dissolvat.

B. ALEIDIS, morum sanctitate, *Circa*
 & prudentiæ laude clarissima: dulciter *annum*
 à DEO in benedictionibus præventa: *1190.*
 cujus amore mundum cum suis inepti-
 js contemnens, tyrociniū virtutum
 subijsti apud Cistercienses virgines in
 Westphalia. Ubi pari progressu annis,
 sanctimonia, dignitate, ac cœlestibus
 donis

*Ercha-
ristia
amoro-
sa susce-
ptio.*

donis crevisti. In susceptione Sacrosancti Corporis Dominici, inexplicabilis te inundabat dulcedo: ita ut plerunque extra sensus corporeos abducta; & vultu quidpiam supra humanam sortem spirante hilaris; sacros divini Sponsi amplexus intrà cordis penetralia experireris: ad quos tandem post multa patrata miracula migrasti. *Precare amantissimum Sponsum tuum; ut quotiescunque ad sacrosanctam ejus mensam accedo, Divina sua me gratia præveniat; cor meum emundet; ac illis charismatibus repleat, quorum inexhaustum fontem esse voluit hunc cibum Angelicum.*

*SS. Ev-
chari-
stia
sūptio:*

S. BERNARDUS, ser. 1. in Cæna Do.

*Ejusdē
effectus*

Confidite; quia & in hoc gratia subvenit: & ut securi sitis; Sacramenti Dominici Corporis & Sanguinis pretiosi investituram habetis. Duo enim illud Sacramentum operatur in nobis: ut videlicet & sensum minuat in minimis; & in gravioribus peccatis tollat omnino consensum.



6 Febru-



6 Februarij. 8 Idus.

B GUARINE: qui à juventute pe- *Electus*
 ricula mundi fugiens, inter alpes *anno*
 militiae Benedictinae nomen dedisti. *1138.*
 in qua tam strenuè progressus es; ut
 cum præter eruditionem summæ in te
 virtutes elucescerent, è gregario mili-
 te in Ducem cooptatus fueris. Crevit
 cum honore insatiabilis ardor, semper
 in melius proficiendi; quem postquam
 tui quoque ex te hausere: communi S.
 Regulæ observantia non contentus;
 urgente desiderio altioris in perfectio-
 ne gradûs, Cœnobium tuum sacrae *Cisterci-*
 Congregationi Cisterciensi, sub cura, *ensibus*
 & directione Melliflui P. BERNAR- *se ag-*
 DI, inseruisti. Quod tuum laudabile *gregat.*
 factum sanctus Doctor, inter alia tua
 encomia, his verbis deprædicat. [Un- *à S. Ber-*
 de, inquit, tantus ardor renovandi Or- *nardo*
 dinis; nisi ex renovatione mentis? Sic *landa-*
 bonus homo de bono thesauro cordis *tur.*
 sui profert bona: sic arbor bona bonos
 fructus facit. Primi, & purissimi fru-
 ctus tui. Sed quenam arbor hos protu-
 lit, nisi puritas cordis?... Jam seni re-
 quies, jam corona debebatur emerito.
 Et ecce, tanquam novus Christi miles,

E 3

nova

nova iterum tibi excitas bella: provocas adversarium, & rem fortium præsumis, fessus senex. Vincit annos animus; & frigente jam corpore, fervet sanctum in corde desiderium.&c.] Nec solum habuisti BERNARDUM tuæ sanctimonie admiratorem. Nam paucis post susceptum Cistercium annis te Sedunensis Ecclesia ad suam cathedrâ rapuit. Quam dignitatem veluti ad solum BERNARDI imperium admisti: ita per ea virtutum ornamenta administraisti, quæ Præsulem omnibus numeris absolutum condecorant. In apice tandem ætatis & meritorum assumptus es ad recipiendam Bono Pastori debitam in cœlis mercedem.

Errantem me, sicut ovis quæ perijt, rogo ad virtutum pascua reduc: fac, ut vocem Pastoris Boni Jesu mei audiam, per omnia sequar: ne me errantem deprehendat lupo infernalis: sed tandem inter oves electas audiam suavissimam Pastoris vocem: Venite Benedicti &c.

Ovis au-
diat vo-
cem pa-
storis.

S. BERNARDUS, serm. de trip. jud.

*Providentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Tribus siquidem modis bona providemus coram hominibus: id est habitu, acti-
one*

one, sermone. Habitu, ne sit notabilis;
actione, ne sit reprehensibilis; sermo-
ne, ne sit contemptibilis.



7 Februarj. 7 Idus.

B. NIVARDE, Magni Patriarchæ *Floruit*
BERNARDI frater sanguine, Re- *anno*
ligione fili: qui à sancta parente tua in *1160,*
ipso vitæ exordio Divinæ tutelæ do-
natus & consecratus, innocentissimè
primos pueritię años percurristi. Cùm
reliqui fratres tui BERNARDO duce
Cistercium properantes, tibi uni pater-
næ hereditatis bona se relinquere dice- *sapiens*
rent; minimè pueriliter ijsdem respon- *pueri*
disti: Non ex æquo dividi assem; dum *dictum*
illi cœlum raperent, te terræ scriberent
heredem. Quare hac sorte nequaquam
contentus, mox ut per ætatem licuit,
fratres secutus, eos sublimis sanctimo-
niæ spiritus à BERNARDO imbibisti;
qui deinde totam Hispaniam impleve-
runt. Æterna virtutum tuarum mo-
numenta istis adhuc temporibus splen-
descunt: præsertim in augustissimo de
Spina monasterio: in quo, juxta san-
ctissimi germani vaticinium, corporis
mortalis sarcinam deposuisti. *Tangatur*

cor tuum piissimum fraterno commiserationis affectu, erga me indignissimum licet Hereditas cęli. fratrem tuum, & filium Bernardi: & qui jam securę gaudes ea, quam elegisti, hereditate; me virtute ex alto conforta: ut ad eandem per tua vestigia pertingam.

*Circa
annum
1200.*

*Lachry-
marum
effica-
cia.*

*Lachry-
marum
lavaciũ*

B. REYNERI: qui susceptis aliquot ex sancto matrimonio liberis, decedente uxore, Villarij inter humiles conversos nulla non austeritate & cruciatu carnem spiritui subjugabas. Quę pietas, quàm accepta DEO fuerit, uni ex filijs tuis cęlesti oraculo fuit manifestatum. Quòd nimirum lachrymis tuis animam ad tam nitidum candorem emundaveris; ut absq; ullo flammæ piacularium impedimento, recto ad cœlum itinere sis perrecturus.

Aperi hunc in me saluberrimum lachrymarum fontem: fluat perenniter hoc necessarium conscientię meę, sordibus plenę, lavacrum: nec permitte, ut ultrà committam aliquid lachrymis dignum.

S. BERNARDUS, ser. 45. de divers.

*Consci-
entia
bona.*

Conscientiam bonam faciunt duo: Pœnitentia, & Continentia. Quando scilicet per pœnitentiam peccata commissa punimus; & per continentiam deinceps punienda non committimus.

8 Febru.



8 Februarij. 6 Idus.

B. VINCENTI, Archiepiscopo Cra-
 coviensis; sinè adulationis pericu-
 lo honorande titulo Illustrissimi. Eras-
 enim largus in pauperes, quibus per
 modum patrimonij in usum cedebant
 Cathedræ tuæ proventus: pius in DE-
 UM; cujus Aras & templa sumptuo-
 sissimè exornasti: sollicitus de subdito-
 rum salute; quos ad sectandam justiti-
 am Christianam, verbo, & exemplo
 excitasti. Peracto decennio, sæcula-
 rium negotiorum fatur, abdicata di-
 gnitate, emeritum vitæ clarissimæ cur-
 sum in Cœnobio Andreoviensi, Cister-
 cienses inter monachos consummare
 decrevisti. Ubi tui abnegatione, atque
 alijs heroicarum virtutum actibus per-
 fectissimum quemque superans; non
 solùm in vivis multa edidisti miracu-
 la: sed hîsce adhuc temporibus sepul-
 chrum tuum efficis gloriosum prodi-
 gijs. Ita ut in dies Curia Romanæ ex-
 pectetur Decretum, quo solenni ritu
 Sanctorum Albo inseraris. *Effice tuis
 pro me precibus, ut nomen meum albo electo-
 rum maneat inscriptum: Et quamvis illud
 peccata mea forè expunxerint; exorabi-*
 E 5 *lis*

Obijt
anno
1206.

Pietas
illu-
stris.

Episco-
pum e-
xuit, ac
mona-
chum
induit.

lis tamen est illa Curia cœlestis, ut si suspiria pœnitentis promoveat deprecatio Justitiam in gradum pristinum benignè restituat.

*Vixit
circa a.
1208.*

B. PAVO: qui in ætate puerili solum paternum relinquens, conversorum habitum (etsi te generis non vilis origo ad altiora vocaret) in Cisterciensi monasterio de Luka in Saxonia suscepisti. Ubi cum nulla re magis delectareris, quàm statui illi congruis, demissionē nempe & contemptum parentibus laboribus; insignem humilitatis & obedientiæ thesaurum collegisti: quo dives; & gratia præveniente de conscientiæ puritate securus, hilari ac subridente vultu, præsentem cœlitum non parvo numero, cum morte congressus es. *Innocentiæ tuæ beneficium fuit mors tam læta & felix. Excidi ego, heu! miser de hac felicitate. In cujus tamen vicem quia naufrago mihi tabulam pœnitentiæ offert Divina Bonitas; fac, ut illam modo, dum tempus est miserendi, forti animo apprehendam.*

*Mors
læta.*


*Tabula
pœnitentiæ.*

S. BERNARDUS, serm. 40. de divers.

*Spes salutis ab
innocentiâ, &
pœnitentiâ.*

Scimus, Domine Jesu, non privabis bonis eos, qui ambulant in innocentia: sed nec illos, qui ambulant in pœnitentiâ. Quia enim peccatum non fecit

fecit nisi unus; beatus vir tamen, cui non imputavit Dominus peccatum. Omne, quod ipse mihi non impuare decreverit, fit, quasi non fuerit.



9 Februarij. 5 Idus.

S GILBERTE, qui sanctimonie se- *Obijt*
 mina à magno Magistro BER- *anno*
 NARDO accepta, in Angliam tuam *1190.*
 transportans, ad tam uberes fructus
 produxisti: ut humanæ fortis commu-
 nes metas transgressus, proximè ad *Admi-*
 Angelicam vivendi normam accesser- *rabilis*
 ris. Præter herbas enim, easque vix ni- *potius*
 si infulsas, nullum aliud ciborum ge- *quàm*
 nus admittebas. Ut corpus se ad labo- *imitabi-*
 rem, non ad quietem natum agnosce- *lis vite*
 ret; illud continua gestatione cilicij ad- *rigor.*
 monebas vigilantia; quam ab eo eti-
 am nocturnæ quietis tempore exige-
 bas; solitus noctes totas precando con-
 sumere: aut si aliud imperasset legis
 impatiens naturæ necessitas, stando,
 sedendove somnum libare potius, ac
 pati, quàm capere. Morbis interea,
 ventis, & igni pro arbitrato leges dice-
 bas: at non persecutionum procellis,
 in te non semel cum impetu irruenti-

*Adver
sitatū
toleran
tia.*

*Ordo
Gilber
tinorū.*

*Fervor
in via
perfe.
ctionis.*

*Passi
anno
1417.*

*Hostes
animæ.*

bus. Sed eas instar carbasorum amplo patientiæ sinu excipiebas; non ut navim magnanimæ mentis everterent; sed ipsa agitatione altiùs in via perfectionis proveherent. Tandem ætate ultra centum annos producta, modo lampadis, oleo deficiente, exspirantis, vivere desijsti: Instituti tui æmulatoribus plusquàm septingentis, & de altero sexu non minus mille, sub Gilbertinorum appellatione relictis. *Utinam de ardente fervore tuo flammam vel modicam conciperet animus meus, quæ meam in prosequendo perfectionis iunere desideram excitaret! Ecce! aptam amoris tuo, quo omnes juvabas, materiam. Trado tibi cor meum: tu illud in eam formam transfunde, quam scis Deo quammaximè placere.*

Sancti Martyres, qui in cœnobio **CELLÆ MARIÆ** in Germania ab Hussitis in odium Religionis atrociter manibus pedibùsque truncati, victoriosas animas, inter acerbissimos dolores transmisisistis in cœlum. *Induite me in victo robore vestro; ut sicut vos de Fidei hostibus triumphastis; ita ego de salutis meæ inimicis, mundo, carne, & demone; tot numerem victorias, quot illi pugnascient. Docete me in illos stringere fortissima pœnitentiæ arma: eodem ictu illos stravero, quo ego pœnitentiæ victima cadam.*

S. BER-

S. BERNARDUS, ser. 5. de divers.

Ecce! quid loquitur Deus? Agite, inquit, poenitentia. Et dissimulant multi, & continent aures suas, & dicunt: Durus est hic sermo. Non sic, impij, non sic dissimulare poteritis; cum sonabit asperum illud verbum, & auditio mala: Ite maledicti in ignem eternum.

Poenitentia non est dissimulanda.



10 Februarij. 4 Idus.

S. GUILIELME, nobile triumpho-
rum BERNARDI, Libertatis Ec-
clesiasticæ Vindicis, trophæum: qui
postquam te Ducem Aquitania, non
tam præfecturæ quàm scelerum poten-
tiâ eminentem aspexit; & in schismate
Petri Antipapæ Ecclesia persecutorem,
diu ad omnia monita obstinatum: tan-
dem melliflua Apis nostra, ipso DEO
armata, tam valido ictu superbiam
tuam prostravit; ut tuo casu totam A-
quitaniam ad Innocentij Pontificis
venerationem erexeris. Exinde spreta
mundi vanitate, varias peregrinatio-
nes ad Limina Apostolorum ac Pale-
stinam suscepisti. Atque ut antea

Conver-
sus an-
no
1135.

E 7

vitæ

*Loricâ
se vestit*

vitæ infamiam publicâ pœnitentiâ redimeres; loricâ & catenis ferro gravibus nudum corpus constrinxisti: iisdem scilicet armis castigans flagitia, quibus illa quondam propugnabas.

*Ordinē
instituit.*

Quod vivendi genus, licet asperrimū, non defuere, qui æmularentur. His leges ad normam Cisterciensium condidisti; ac denique in summo sanctimonix & ætatis apice, post edita plura miracula, sancto fine quievisti. Utinam & ego, ceu tu factitare solebas, interiores mentis oculos sapius immitterem in formidabilem illam æternitatis abyssum; & contemplerer horrenda flammarum infernaliū tormenta, vel uni letali noxæ in pœnâ ardentia! Tam avidè procul dubio tuam loricam sibi indueret petulans caro, quàm trepidè nunc horret spinosum (at olim quàm optabile!) pœnitentiæ nomen.

*Inferni
memoria
excitat
ad
pœnitentiâ.*

*Floruit
circa
annum
1148.*

B. R O G E R I: quem ex Anglia in Galliam perduxit celeberrima sanctitatis fama, quo tunc S. Stephanus Abbas Cistercij florebat. Sub cujus instructione brevi ex tyrone formatus in magistrum, ad Loci-Regij condendam Abbatiam missus es. Ubi sanctitate tua latiùs innotescente, novæ colonix Esclantium emissæ præfectus, non virtutum duntaxat, sed etiam prodigiorum copiâ inclaruisti. Solo enim faustæ
pre-

precaationis munere, & aquæ saporem vini, & homini moribundo sospitatem donasti. Aliquando in fluvium delapsus, sicco vestigio exivisti incolumis: librum itidem undis haustum, eduxisti illæsum. Infimus piscem ex fontis labro, aliàs piscibus vacuo deprompsisti, quo te reficeres. Annulum cujusdam digito ita inhaerentem, ut sine incisione periculosa abstrahi non valeret, tu absque doloris ullo sensu amovisti. Sed quas ab alijs prohibuisti ærumnas, in te ipsum devolvens; egestatem, frigus, nuditatem, famem, & alias id genus afflictiones, eo mentis gaudio excipiebas, quo alij opposita his cruciatibus quærunt carnis fomenta. Supervixit morti salutis ferax illa manus; etiam ex tumulo febris laborantibus frequens auxilium porrigere solita. *Depelle ex corde meo febrim malignam frigidi corporis, qui Divini amoris ignem suo gelu suffocat. Redde animæ meæ hunc verè vitalem calorem: ita ut spirare, cogitare, loqui, & agere meum, sit continuum amare Deum super omnia.*

Miraculaparat.

Patienter tolerat afflictiones.

Amor DEI.

Obiit anno 1240.

B. GUILIELME, Olivetani monasterij fundator: qui cœlesti inspiratione admonitus, adolescens eremum petijsti: ubi frequenter à Christo, ejusque gloriosa Matre visitatus, vitam ut ab

Dirè se affligit. ab hominum confortio remotam; ita Angelis vicinam duxisti. Media hieme rigescente cœlo, collo tenus te per aliquot horas stagno immergebas; calorem non aliunde quærens, quæ vestes siccarentur, quàm ex oratione; cui post balneum illud incumbebas. Paris inclementiæ labor fuit; quo grandia faxorum pondera ad monasterij structuram comportabas: ex quo licet corporis artus adeò attriveris; ut instar quadrupedis humi repere cogereris: mente tamen erecta stantem dæmones experiebantur; quos precibus tuis, velut fulmine proturbabas. Ad optatum finem perducto monasterij ædificio; te Instituto Cisterciensi mancipasti; introductis in tuos labores Virginibus, qui sub iisdem legibus Domino famularentur. *Doce me etiam fortiter uti orationis clypeo contra dæmonum infestationes. Adde tepidis meis precibus devotionis tuæ fulmina, quibus in fugam perpetuam ætus infernalis inimicus ad me, præsertim in hora mortis, non presumat accedere.*

dæmoni formidabilis

Oratio.

S. BERNARDUS, serm. 5. in Quadr.

Quid in oratione petendum

Pro necessitatibus animæ orandum est nobis frequentius & ferventiùs; id est, pro obtinēda gratia Dei, animæq; virtutibus

tutibus. Sic & pro vita aeterna tota pietate, & toto nobis orandum est desiderio; ubi nimirum corporis & animæ plena & perfecta sit beatitudo.



II Februarij. 3 Idus.

B NICOLAE; Igniacensis cœnobij *Floruit*
 monache, multis virtutibus, ac celi *anno*
 favoribus clare. Qui incredibili parci- *1161.*
 tate cibi ac somni, alijsque carnis ma-
 cerationibus securam, quamvis spino-
 sam, tibi ad astra viam stravisti. *Sis &*
mibi dux vitæ per illam angustam viam
ad cœlum: maximè verò tunc manum por-
rige, cùm præcipitia, id est peccandi occasi-
ones occurrunt.

B. HENRICE, monasterij, quod
 Vitæ Schola nuncupatur, Abbas, illuc *Præfe-*
 ex sanctissima vitæ Religiosæ schola à *ctus añ.*
 Gymnasiarcha BERNARDO desti- *1158.*
 nate: nec sinè vaticinio. Nam cùm tibi
 in Claravalle tyroni inter nonaginta *Vatici-*
 sodales primo, dulcissima sua manu, *niũ S.*
 frustum casei pro refectioe appone- *Bernar-*
 ret; his verbis te suaviter affatus est: *di.*
Comede, inquit, frater; grandis enim tibi
restat via. Cui oraculo fidem fecisti,
 quando in ultimam usque Daciam Ci-
 sterci-

Scien-
tia san-
ctorum

stercienſe Inſtitutum intuliſti, ubi vix aliqua Chriſtiani nominis notitia inveniebatur. *Etiā mihi grandis reſtat via, ad regionem longinquam immenſæ æternitatis: in qua vel in uno ultimo vitæ puncto, error eſt nunquam emendabilis. Tam immane periculum ut ſecurè ſuperem; erudi me in vitæ ſchola: doce me ſcientiam ſanctorum, quæ in hoc uno conſiſtit, ut diſcam piè vivere, & ſanctè mori.*

S. BERNARDUS, ſer. 42. de divers.

Felici-
tas
patriæ
cæleſtis

O regio ſublimis, plena divitiarum! De valle lachrymarum ſuſpiramus ad te: ubi ſapientia ſinè ignorantia: memoria ſinè oblivione: intellectus ſinè errore: ratio ſinè obſcuritate ſplendet.



12 Februarij. Pridie Idus.

Circa
annum
1220.

B. NICOLAE, qui in Gemblaceniſi aſceterio ſub D. Benedicti Regula nigri coloris habitum, ſed cor virtutū nitore candidum geſtabas. Deſiderio autem perfectiſſimi utrimque candoris, albam cucullam in Villario induens, novum amiētūs decorem, novo ſanctitatis augmento exornaſti. *Doce me*

me relicto malarum consuetudinum tetro habitu induere quotidie novum, & Cistercio congenitum, morum candorem: atque ita exuto veteri homine ex misero exule si- am candidatus cœli.

Venerabilis Mater GILDA, Priorissa de Pennebeke: quæ per multos labores & adversitates ad culmen perfectionis provecta, monasterium tuum Cisterciensium ritibus informatum, in magna sanctitate gubernasti; non quidem ut Abbatisa; hunc enim titulum humilis ancilla Christi recusabas; sed instar Marthæ sollicita, tuis sororibus necessaria providebas; ut illæ tantò expeditiùs Divino obsequio insisterent. Hac tamen denique curâ in B. Gertrudem translata, te ad nuptias Sponsi, jam soli tibi vacans, præparasti. *Iter cœli, quamvis uno momento mors absolvat, longum tamen est; & ad metam per- tingere impossibile, nisi semper progredien- ti. Fac, ut æternæ felicitatis brævium ob oculos ponens, me identidem ad laborem exhorter Apostolico illo stimulo: Sic currite, ut comprehendatis.*

Obijt
anno
1202.

Progre-
diendū
in via
salutis.

S. BERNARDUS, epist. 253.

*Indefessum proficiendi studium, & ju-
gis conatus ad perfectionem, perfectio
repu-*

reputatur. Quod si studere perfectioni, esse perfectum est; profectò nolle proficere, deficere est.

(☉)(☉)S(☉)S(☉)S(☉)(☉)

13 Februarij. Idibus.

Obiit
anno
1144.

Cardi-
nalis re-
nuncia-
tur.

pauper-
tatem
colit.

B. STEPHANE, illustris gloria, in-
primis patriæ tuæ Catalauni; à quo
nobilissimi stemmatis ortum traxisti:
Inde Clarævallis; ubi magnas excelsi
animi tui dotes sanctus Parens BER-
NARDUS, pro suo more, produxit
ad fastigium perfectionis: Deniq; ur-
bis Prænestina; cui te Episcopum Car-
dinalem dedit Innocentius II. Cæte-
rùm tanta florebas apud eundem Pon-
tificem, & geminos successores gratia;
ut ipsemet Pontificum Regúmque; Ma-
gister, plures causas prudentiæ tuæ
commiserit, apud Christi Vicarium
tua commendatione promovendas.
Verùm in tanto honorum splendore,
triumphum duxit una paupertas, nihil
penès te divitiarum inveniens, præter
virtutes: quas veluti Roma in te cum
admiratione venerabatur; ita cœlum
sua tandem felicioris gloriæ Purpura
donavit. *Indue me sancti pudoris purpu-
ra: qua erubescam vel levi cogitatione ad-
mittere*

mittere aliquid, de quo coram oculis Divinae maiestatis mihi sit erubescendum.

B. BERNARDE de Escobar, Abbas *Obijt*
 monasterij Montis Sion in Hispania: *anno*
 qui Dono linguarum, præcipuè autem *1606.*
 Hebrææ & Græcæ, aliarumque scien- *Clarus*
 tiarum peritiâ clarus; sed Religione & *lingua-*
 morum honestate clarior; Visionibus *rũ dono*
 etiam cœlestibus illustratus, quàm fe-
 lici fine decesseris, cuidam sodali tuo
 in vivis intimè amato notum fecisti; *Visus*
 dum eundem ad beatitudinis tuæ con- *à mor-*
 fortium, lætissimo utrimque nuncio, *te glo-*
 paucis post obitum tuum mensibus vo- *riosus.*
 casti. *Geminum linguæ donum à te mihi*
cœlitũs impetrari obsecro: alterum, quo
illa semper in oratione cum corde & pijs *Duo do*
cogitationibus consentiat: alterum, quo à *na lin-*
vero, honesto, & utili nunquam dissenti- *guæ.*
at. Digna erit, quæ tecum in cœlo Deum æ-
ternũ laudet, si his donis ornetur.

B. FRANCISCA: quæ in Vileri- *Obijt*
 ensi monasterio tanta excelluisti in ju- *anno*
 venilibus adhuc annis cœlestis pruden- *1622.*
 tiæ abundantia; ut in Coadjutricem
 Abbatissæ assumpta, sanctissimæ ali-
 quando gubernationis spem feceris.
 Sed non expectata regiminis successi-
 one, plena virtutum omnium decora-
 mentis, ad regnum cœlorum prope-
 rasti; sanctitatis tuæ testimonium in-
 scriben-

Vestis
nuptia-
lis.

scribentibus sepulchro tuo prodigijs.
Tu ad nuptias Agni Immaculati ingressu-
ra, nec inornata, nec vacua, verè prudens
virgo comparuisti. Utrunque egenum me,
ô felix Christi sponsa, utrimque adjuva.
Quanti periculi sit, sinè veste nuptiali am-
bire confessum in illa beatitudinis eternæ
cæna; exemplo satis terribili est miser ille
Evangelicus conviva, licèt compulsus in-
trare, ejectus tamen in tenebras extremas.

S. BERNARDUS, ser. 28. de divers.

Puden-
da res,
tepor
in via
perfe-
ctionis.

Quis ille pudor erit, quæve confusio,
post tanta beneficia tam tepidos, tam
imperfectos, tam vacuos apparere an-
te faciem Dei nostri? Fugiebat A-
dam, ut absconderetur ab eo, post u-
nius utiq; pomi vetiti gustum. Quid
nos post tanta flagitia, post tanta fa-
cinora præsumemus?

(☼)(☼)§(☼)§(☼)§(☼)(☼)

14. Februarij. 16 Cal. Martij.

Circa
annum
1300.

B. VITALIS, cœnobii ad S. Sulpi-
tium in Sabaudia Converse devoti-
onis ferventissimæ: in quo humilitas,
charitas, & pietas tam suavi lumine
refulgebant; ut earundem virtutum

exem-

exemplar, quasi specialiter a Deo electum, ac hominibus ad imitationem propositum esse videreris. Mortuus denique in senectute summa, crebris ad tumulum miraculis innotuit, quem gloriæ gradum fueris apud superos consecutus. *Impetra mihi à Deo, qui est Spiritus vita corporis & animæ meæ, spiritum verè vitalem: ut in hac miserijs & mortibus plena lachrymarum valle vivam absque morte peccati; mors verò corporis sit mihi ingressus ad vitam beatam.*

B. WULFRIDE: qui in ipso juventutis flore candidis Cistercij floribus in Strata Florida insertus, sanctimonix odorem spirabas, quem non homines tantum, sed vel maximè Angeli amabant; quos sæpe purissimi oculi tui merebantur conspicere. Attrahebas prætereà cœlestes illos spiritus tuarum precum magnetes: cujus tanta vis erat; ut sub publica Psalmodia Seraphinus ad te in splendore lucis amplissime descenderit, & carbonem candentem ex allato thuribulo in os tuum immiserit. Cujus calorem subsequens triduum manifestavit; quo extra mortales sensus abreptus, continua felicitate cœli delicijs jacebas immersus. At veluti cœli gaudium eras; ita terror dæmonum: quorum occulta erga alios

Spiritus
vita corporis & animæ meæ, spiritum verè vitalem: ut in hac miserijs & mortibus plena lachrymarum valle vivam absque morte peccati; mors verò corporis sit mihi ingressus ad vitam beatam.

Vixit
circa
annum
1180.

Angelis familiaris:

ma-

Oratio-
nis cly-
peus.

machinamenta divinitus cognoscens, salubris consilij & orationum armis enervabas. *Cæca præsumptio est, sinè orationis clypeo polliceri sibi de hoste maligno victoriam. Sed eum ferreum esse oportet; id est perseverantem: & prætereà igneum amore Divino, ac devotionis fervore. Hunc tu clypeum, quo tot hostium cuneos penetrasti securus, insere brachio meo; tum maximè, cùm decretoriè illà postremà horà erit pugnandum.*

S. BERNARDUS, serm. 9. in Cant.

Oran-
dum
perseve-
ranter.

Quibus studium est, orare frequenter; experti sunt, quod dico. Sæpe corde tepido & arido accedimus, ad altare orationi incumbimus. Persistentibus autem repente infunditur gratia; pinguescit pectus; replet viscera inundatio pietatis.

(☼)(☼)§(☼)§(☼)§(☼)(☼)

15 Februarij. 15 Cal. Martij.

Vixit
circa
annum
1203.

B. BERTRADIS: quæ sacro virgin-
nitatis velo secundum ritus Cister-
cienses ornata, angustis parietibus in-
clusisti innocentiam, sed non famam,
quæ virtutum tuarum meritas laudes
pet

per Westphaliam dilatavit. Cùm tamen circa vitæ sanctioris initia, nondum satis radicata virtus, incautiùs ageret; insidijs maligni spiritûs se expo- *Dæmon*
 fuit; qui se in Angelum lucis transfor- *induit*
 mans, diu tibi illusit; solitus in menti- *angelus*
 to splendore per apertam fenestram *lucis;*
 cellulæ tuæ illabi, ac de futuris rerum
 eventibus edocere. Non latuerunt hæ
 præstigiæ sanctum quendam eremi
 incolam: is tibi nunciavit; ut fenestræ
 illi ceram, sacerdotis verbis sacratam,
 in formam crucis affigeres: quo expe-
 rimento te fore erudiendam, quali va- *depre-*
 te hæctenus usa fueris. Nec successu *hensus*
 caruit consilium: consueto enim lumi- *explodi*
 nis ludibrio advolans veterator, extra *tur,* &
 fores hæsit, minaciter imperans, ut ce- *fuga-*
 ram amoveres: sed tu rectiùs illum ad *tur.*
 suas Orci tenebras abire iussisti. Hac
 discussa caligine sincera succedens lux,
 frequenter cellam in cœlum mutavit;
 dum tota beatarum mentium agmina
 ad te penè quotidie descenderunt: à
 quibus tandem ex solitudinis tuæ an-
 gustijs ad amplissimas siderum mansi-
 ones fuisti evocata. *Non habitat in soli-*
tudine, cujus cor perpetuâ Dei præsentia *Sol' nō*
fruitur; è cujus memoria nunquam disce *est, qui*
dit Angelus Tutelarum, nullo momento cli- *cum*
entem suum solum relinquens. Alia est *Deo est.*
solitu-

solitudo, quam tuis precibus mihi à Deo postulo impetrari: ut nimirum nulla mihi obstrepant turba vanarum, inutilium, & caelo inndignarum cogitationum, quæ suo tumultu pia desideria perturbant.

S. BERNARDUS, ser. 1. de diversis.

Solitu-
do su-
perbo-
rum

Erraverunt in solitudine. [psal. 106.] Solitudo hæc superborum est; quia solos se reputant, solos appetunt reputari. Literatus est; odit socium. Astutus in negotijs secularibus: neminem vellet sibi similem inveniri. Pecuniosus est: si ditescere viderit alterum, cruciatur. Fortis, aut formosus: da ei parem, & tabescet. Errat in solitudine sua.

(☉)(☉)(☉)S(☉)(☉)(☉)(☉)

16 Februarij, 14 Cal. Mart.

Floruit
circa
annum
1209.

B. SIFFRIDE, Heisterbacensis monache: qui tam celebris fuisti prophetiæ spiritu, ut vix te alio nomine vulgus appellaret, quàm Prophetæ. Ut Deipara Mater tuæ erga se pietati responderet, ac flammam amoris auget, se tibi non rarò spectandam dedit. Ordinibus initiatus, inter Missæ celebrati-

brationem in cœlum raptus, ea vidisti, quæ effari te humanâ linguâ non posse, fatebaris. Tandem in venerabili senectute migrasti ad illa gaudia, quorum notitiam ex frequenti prægustu hauseras. *Commenda me miserum peccatorem Refugio miserorum omnium Mariæ: ut quamvis oculi mei, vitijs corrupti, non sint digni, illam in hac lachrymarum valle spectare: illius tamē auxilio perpurgati, non excludantur à conspectu ejus in cœlo gloriæ.*

Mariæ
patro-
ciniū.

B JOANNES: de cujus satis amplum præconium est, dicere, te ex alveario BERNARDI prodijisse: præsertim cum ille te arctissimo dilectionis vinculo sibi constrinxerit. Ab eodem præpositus monasterio Casæmarij, opere & verbo demonstravisti, à quo acceperis regendi præcepta. Cumque totum te tuorum commodis impendere videreris; vix tamen unquam à cœlestium speculatione separabaris; divino lumine multa arcana tibi manifestante. Ex quorū numero fuit illa epistola consolatoria; quam à te mellifluus parens accepit; dum per omnem Europam, sinistra successus ergo in expeditione Jerosolymitana, ab imperitis innocentissima ejus fama proscinderetur. Ibi sub filiali confidentia ei-

Floruit
circa
annum
1149.

E cœlo
arcana
cogno-
scit.

dem aperuisti: quòd instruentibus te per visum; Ecclesię Tutelaribus Patronis, Petro & Paulo, certum esse cogno-

Judici- veris: militarem contra infideles ap-
a Divi- paratum, ex insperata tot copiarum
na, ab internecione, infelicem appellari judi-
huma- cio quidem humano, at non Divino:
nis lon- cęli militiam augente magna illa mul-
gè di- titudine; è qua pars pleraque periisset,
versa. nisi per calamitatum viam, in conatu
 & causa summę pietatis, cęlestis Je-
 rosolymę muros, loco Palęstinę, oc-
 cupavissent. *Superna illa Civitas etiam*
mih; expugnanda proponitur. Sacramen-
tum dixi supremo Duci Christo vixdum na-
ctus miles. Renovata est inde fides solenni-
litem *bus in Religione Votis. Tu munus in te re-*
cipe vigiliarum præfecti; nec permitte, ut
remisẽ, aut somnolenter obeam stationes, à
quarum vigilantia tota pendet, seu felix,
seu dolenda eternitas.

S. BERNARDUS, ser. 6. de divers.

Si quando fortè per incuriam, & ne-
gligentiam nostram, transierit cogita-
tio inutilis etiam in affectum cordis:
scientes, quoniam non macula est jam,
sed plaga; tota festinatione ad auxili-
um spiritûs, qui adjuvat infirmita-
tem

tem nostram, recurramus; clamantes illud de psalmo [40.] Domine miserere; sana animam meam, quia peccavi tibi. Humanæ enim sunt tentationes istæ; nec ex toto caveri possunt, quamdiu in hoc corpore mortis peregrinamur à Domino.



17 Februarij. 13 Cal. Martij.

B GALDERICE, sanctissimi Patris Obijt
 • BERNARDI Avuncule, in Chri- anno
 sto filij; rursúmque auctoritate & æta- 1124.
 te pater. Cùm enim illius, juvenis ad-
 huc Abbatis, miracula patrândi pote-
 stas, tibi videretur aliquid sapere præ-
 sumptionis; fidenter à te increpitus, *Ber-*
 filium se exhibuit animi demissione. *nardo*
 Sed eadem nocte (quasi reciprocus u- *interdi-*
 triusque amor, filij patrísque vices al- *cit pro-*
 ternatim obeundas partiretur) illius *digia:*
 non paternam solùm, sed & medicam *quæ*
 manum implorare coactus es, ad ab- *mox ab*
 stergendos acutissimos capitis dolores. *eo petit.*
 Et ille quidem, postquam suavi joco
 pridiani prodigiorum interdicti men-
 tionem fecit, non minore promptitu-
 dine opem, quàm priùs verba increpa-

Dura
Clara-
vallis
inicia.

S. Ber-
nardo
apparet
glorio-
sus.

tionis tulit. Tu verò inter dura illa fundandæ Clarævallis primordia, & deinceps inclementa, in laboribus impiger; egestatis extremæ patientissimus; omnisque perfectionis monasticæ studiosissimus fueras. Ac tandem cum Nepotis, Filij, Confratris, Patrîsque dilectissimi dulcissima Benedicti-
one, felicem agonem consummasti: veri amoris genio etiam post fata superstite; qui te gloriosum frequenter ad BERNARDUM tuum è cœlis evocavit; eidem vel futuræ felicitatis prodromum, vel in afflictionibus consolatorem. *Increpa & me, licet immensa dissimilitudine increpationibus indigentem: me scilicet tepidum, pigrum, ac mille imperfectionibus obsitum. Stimula me ad viam perfectionis non oscitanter currendam: ut tandem merear in vitæ meæ termino, qualem tibi impertivit, dulcissima illius manûs Benedicti-
onem.*

Obiit
anno
1165.

B. FROWINE: qui cùm primus Abbas ad condendum monasterium B. MARIÆ de Salem, Regio posthac titulo decorandum, mittereris ex Lucella: maximarum virtutum splendore excrevisti in lucem amplissimam: adeò ut tota superior Germania, præsertim Præfules & Magnates summate in veneratione habuerint. Cùmque

octo supra viginti annos in laude dignissima præfectura, vir verè Apostolicus, transfegisses; meritis & sanctitatis opinione clarissimus, ex corruptibili ad immortalem Jerusalem ascendisti. *Fac, piissime Præsul, ut in corde meo edificentur muri Jerusalem; faciántque templum, in quo habitare non dedigneur ille, cuius deliciae sunt, esse cum filij hominum. Nulla dies abeat, quin ad hanc structuram aliquid boni operis adjiciam. Et ne demoliatur labores meos superbus ille Civitatis supernæ desertor; tu eos glutino Divini amoris compagina.*

Cor sit
templū
S. Spiritus.

B. MENEGOLDE, S. Georgij in Passus Germaniæ partibus Abbas: qui cum anno intrepida zeli firmitate pro cōservanda Regulari observantia, & immunitate Ecclesiastica staret; à sceleratis impijssimè trucidatus, gloriosam Martyrij coronam obtinuit. *Impetra mihi à Deo fervorem observandæ regularis discipline. Trucida in animo meo latentes, necdum satis mortificatos salutis meæ geminos hostes: Voluntatem propriam, & in Divinis torporem.*

S. BERNARDUS, serm. 3. de Resur.

Cesset voluntas propria, & infernus non erit... Grande malum voluntas

propria, quæ facit, ut bona tua, bona non sint.



18 Februarij. 12 Cal. Mart.

Obijt
anno
1153.

Sacrifi-
canti
appa-
ret
Chri-
stus.

B. O D O, BERNARDI in spiritu sobo-
les: qui virtutum illius vestigijs
tam feliciter inhæsisti; ut te in partem
curarum assumptum, Subprioris offi-
cio fungi voluerit. Ad Sacerdotale
ministerium promotus, quàm excelsa
mentis puritate sacrificio assistere con-
sueveris; ipsemet speciosus formá præ-
filijs hominum ostendit; dum se specie
pueruli brachijs tuis, tanquam alterius
Simeonis, implicuit; & sublimi amo-
ris privilegio admisit ad oscula oris sui
Divini. Cùm autem amantissimi Pa-
rentis tui obitū imminere animadver-
teres; & anxia solitudine illius præ-
sentiam in extremæ luctæ præsidium
optares: à D E O impetravisti, ut pau-
cis ante illius decessum hebdomadis te
febris occuparet; haberésque tuæ trepi-
dationis consolatorem, imò & æternæ
salutis vadem BERNARDUM. Si tu
tantæ innocentæ, ac tantarum virtutum
meritis dives, adeò potuisti in morte metu-
ore; quid me misero fiet, tot criminum reo,

salutis
vadem
habet S.
Bernar-
dum.

tam nudo & inani operibus pietatis? Nunc *S. Bern-*
 igitur te per illum charissimum tuum Pa *nardi*
 tronum oro, obtestorque: ne deseras me, patro-
 cum anima mea in limine eternitatis tre- *cinium*
 pidabit. Vadem habebō cœli Bernardum,
 si te exorante habuero illum in morte pa-
 tronum.

S. SYLVANE: qui vel ex solo in *Floruit*
 Matrē Virginem amore prodebas, te *anno*
 genuinum esse BERNARDI fœtum. 1154.
 Sed & ipsa pietatem tuam suis erga te
 favoribus accendit. Cùm enim gravi
 pectoris & capitis languore decumbe- *Sana-*
 res; Salus infirmorum sacratissimæ sue *tur*
 manus contactu te ab utroque dolore *à B. V.*
 liberavit: clara voce (quam etiam vic-
 ni audierant) te adhortans; ut gratiam
 acceptam obsequiorum sedulitate stu-
 deas compensare. Inde totus in ejus
 venerationem effusus, dicere solebas:
 fieri omnino non posse; ut MARIÆ *amorem*
 memoria ex corde, ac ore tuo vel un- *Jesu &*
 quam excideret. Nec te JESUM alibi *Mariæ*
 dulciùs cogitare, quàm in MARIA. *conjun-*
 Quippe in seipso inaccessum præreve- *git.*
 rentia: in Cruce miserandum; in Judi-
 cio formidandum repræsentari: at in
 sinu Matris diligendum; parvulum
 nempe dulcem, amabilem. Contigit,
 ut noctu ardentem cereum manu por-
 tans, coram ejusdem Piissimæ Virgi-

Cereus in illa sã orã- tis ma- nu con- sumi- tur. nis effigie brevem orationem persolvere proponeres: at amoris vehementia absorptus, tam diu in contemplatione profunda hæsisisti; donec omnem ceram absumpserit ignis; depasturus utique mollis candelabri materiam, nisi sacri amoris flamma te progigiosè sarvavisset illæsum. Erupit ex te cœlestis ille calor in alia quoq; prodigia.

puerũ solo at- tactu sanat. Nam jussus aliquando puerum, membris omnibus captum; è via publica sustollere, atque ad vicinas ædes portare: mox eundem habuisti exultantem in eundo comitem, cum lætissima receptæ sospitatis gratulatione.

Alacritas in via Dei. *Faceo & ego in via perfectionis languidus. Tu gratiæ Divinæ brachijs me in pedes erige: fove membra semimortua peccatricis animæ meæ: adde illis vividam alacritatem; quæ me usque ad vitæ finem nunquam stare in currenda via mandatorum Dei, multo minus retrocedere permittat.*

Passi anno 1195. Sancti bis mille Martyres, Strenuissimi Milites de CALATRAVA: qui à Mahumetanis per insidias capti; & in teterrimos carceres detrusi; denique ob infractam in fide orthodoxa constantiam, diversis supplicijs interempti, Martyrij laureolam consecuti estis. *Transivistis per ignem & aquam; feliciter eduçti in refrigerium; in quo momentane-*

am

am pœnam coronat lætitia, totam singulis
momentis æternitatem complectens. O si &
ego æterna illa gaudia in animum meum
modò frequenter admitterem: quàm facile,
quàm jucundum foret, mercari tam levi-
bus malis tanta bona!

Memoria
cæli.

S. BERNARDUS, ser. 1. de divers.

Guttatim pœna bibitur; liquando su-
mitur; per minutias transit. Nam in
remuneratione torrens est voluptatis,
& fluminis impetus; torrens inun-
dans lætitia; flumen gloria, & flu-
men pacis.

Brevis
pœna,
longū
gaudiū.



I) Februarij. II Cal. Mart,

S. BONIFACI, Episcopo Lausan-
nensis: qui in mortalem hanc lucē, circa
more magnis luminaribus consueto, annu-
non sine Vaticinij prodromo, Bruxel-
lis in Brabantia, prodijit: dum Matri-
tuæ de imminente partu sollicitæ, viri
species, Angelico vultu venerabilis ob-
lata, prædixit: enixuram filium, cujus
eruditio & sanctitas, multis admirati-
oni futura sit, & salutis. Adhuc inter
fascias ad eò jam flosculo puritatis ca-

1260.

Vatici-
niopre-
vio na-
scitur.

*Mira
futura
purita-
tis in-
dicia:*

*Docto-
ris lau-
rea in-
vitus
corona-
tur:*

*uti &
Insulá.*

*Capitur
ab hæ-
reticis,
sed pro-
digiosè
evadit.*

vebas; ut ne matris quidem, aut nutri-
cis basia patienter ferres: quin illa mox
velut toxicum, manu abstergeres.
Annos pueriles inter literarum elemē-
ta tam innocenter, quàm feliciter per-
curristi: affabilitate morum, ingenij
promptitudine, sed maximè pietatis
studio, sodales tuos longè antegressus.
Pari celeritate per gradus altiorum di-
sciplinarum pervolans, Lauream, &
publicum docendi munus acceptare,
quantumcunque renitens, coactus es.
Fluebant ab ore tuo scientiæ tanta sua-
vitate sermonis; ut & Parisijs, & Colo-
niæ in admiratione esses & amore:
donec te ad altiorem cathedram Ec-
clesia Lausannensis (licèt nihil minus
cogitantem) vocaverit. E studiorum
nempe palæstra migrabas, ad Patien-
tiæ gymnasium. Cujus uberem semen-
tem præbuit Teutonicus ille Nero, Fri-
dericus Imperator: à cujus immani ty-
rannide cùm oves tuas, tanquam Pa-
stor bonus, imperterrito zelo defensa-
res; totam furibundæ tempestatis pro-
cellam in te concitavisti. Nam sævissi-
mus ille tortor te undique conquiri, &
per extrema supplicia mandavit interi-
mi. Jámq; per insidias comprehen-
sum ducebant ducenti milites; cùm su-
bitò terrore cœlitùs fiderati, absq; præ-
da

dâ, cui inhiabât, per fugâ dilapsi sunt. Cùm verò corruptam Clericorum, in omnia vitiorum genera sinè pudore ruentium, vitam publica libertate coargueres: rursus illorum manus, jam-jam necem illaturas, per prodigium effugisti; arrepto itinere ad commune Orbis asylum, Christi in terris Vicarium. A quo multis lacrymis missionem impetrâsti. Unum supererat: qua ratione reliquum vitæ transfigeres. Id postquam Bonitati Divinæ anxie commēdaveras; denique in patriam reverso, quædam notæ sanctimonix virgo, de monasterio Cameræ B. MARIÆ exposuit: se cœlitus edoctam; quòd DEO rem gratissimam sis facturus, si Cisterciensem Ordinem ibidem profitereris. Cui oraculo sinè mora obsecutus; licet ætas in senium vergeret, fervore tamē pietatis, & virtutum exercitio, perfectissimum quemque superabas. Vestis (quali à puero assueveras) erat setis equinis nodisque aspera. Cibus, qui vix mortem, nedum famem, arceret: corporis enim loco pascebas animum assidua oratione, & meditatione rerum cœlestium. Adurebant circa vitæ epilogum, membra validi æstus febriles; at animum vehementiùs desideria intuendi summum illud, & incompre-

*Prodiosè
servatur
in
mortis
periculis.*

*Cœlitus
jubeur
ample-
sti Ci-
stercii.*

*Fervor
eiusdē
in senio*

B. V. *agrū solatur*
 heasibile Bonum. Cū subito lumine
 triclinium refulsit, quod de se sparge-
 bat Virgo sole splendidior, gestans in
 Materno gremio ipsius solis Condito-
 rem. In cuius amabilissimo vultu cū
 aliquam diu obstupefactus hæssisset; ex-
 ei osten- clamasti: *Si n. hil amplius esset in Para-*
 dit Fili- *d' so, nisi Facies ista bened' eta; dignum es-*
 um. *set, pati omnes tribulationes; ut possemus*
videre faciem tam gloriosam. Crescens; in-
 terea morbus, etiam usum membrorū,
 paralyti succedente ademit: quibus ta-
 men suus redibat vigor; dum quotidie
 Sacri- sacrosanctum DEO sacrificium litabas.
 canti *assistit*
 Angeli *Angeli*
 Quo tempore cernebantur Angeli tibi
 frequentes astare; & brachijs tuis ma-
 nus supponere, quoties vel elevanda
 erant, vel extendenda. Vitæ scena ulti-
 ma fuit spectanda denuo Gloriosa Vir-
 go Deipara: que post suavissima collo-
 quia librum tibi porrexit legendum.
 Felix *prodromus.*
 mortis *prodromus.*
 In cuius paginis cū nec vestigium ali-
 cuius scripturę te diceres invenire; sub-
 junxit illa: Similem esse huic codici a-
 nimam tuam: quorum ille velut à lite-
 ris vacuus; sic ista sit ab omni peccati
 forde omnino mundissima. Post hæc
 Evangelicam S. Joannis Historiam co-
 ram te statuens: *Hæc, ajebas, didici, &*
docui: in his vixi: in his credo, & spero: &
desidero mori. Mortem illustrare to-
 tidem

eadem prodigia, quotquot ijs patrandis occasionem afflicti supplices dabāt. Quin etiam post multa tempora, cū *Mirac-*
 per bellorum injurias vix templi ruinæ *culis à*
 superessent, corpus integrum indicio *morte*
 miraculorum inventum, in hodiernā *clarus*
 usque diem in summa veneratione ha-
 betur. Unde ad mausoleum tuum hæ
 precum formulæ (quibus & ego nunc
 te veneror) visuntur. *Supplex te rogo, O*
Beate Bonifaci, & obtestor: digneris ante
conspectum Domini, mei miserrimi peccato-
ris recordari: ut tuis meritis, & precatio-
bus, ab omnibus tum corporis tum animæ
malis defendar & conserver; & in omni
virtute & opere bono proficiam. In hora
verò exitūs mei, adversus inimicorum in-
sidias velis mihi fideliter subvenire, & a-
nimam meam ad cœlestis Paradisi gaudia
perducere.

B. U D A L R I C E, Prime Cœnobi- *Obijt*
 archa insignis Monasterij Cæsariensis: *anno*
 qui novellam plantationem illam cla- *1154.*
 rissimā vitæ, ad omnium stuporem ri-
 gidæ innocentia, & sanctitate per to-
 tam Germaniam nota, ad Religionis,
 & rerum temporalium copiam prove-
 xisti: ac meritis plenus, post plusquam
 viginti præfecturæ annos, evolâsti ad
 sidera. *Mos est Divinæ Clementiæ, toties*
suam in nobis augere Gratiam, quoties
eidem

Aug-
mentū
gratiæ
DEI.

eidem strenuè cooperamur. Tu igitur, qui à principijs exiguis, laboriosa sedulitate, ad gradus summos pervenisti: doce me necessaria Divinæ gratiæ augmenta ex geminis illis fontibus haurire: qui non sunt alij, quàm gratiarum actio, & operatio boni assidua.

S. BERNARDUS, serm. 27. de divers.

Gratia-
rum a-
ctio
mere-
tur Gra-
tiam

Felix, qui ad singula dona gratiæ, redit ad eum, in quo est plenitudo gratiarum: cui dum nos pro acceptis non ingratos exhibemus, locum in nobis facimus gratiæ, ut majora adhuc accipere mereamur.

(☉)(☉)(☉)(☉)§(☉)(☉)(☉)

20 Februarij. 10 Cal. Mart.

Obijt
anno
1179.

Puri-
tati stu-
det.

BISEMBARDE, Monache Hemmenrodensis: qui ut cœlestem illam, DEO & Angelis gratam, animi corporisque puritatem, in eo candore conservares, quem à Baptismo recepisti; gemino te præsidio contra hostium insultus armasti; sensuum nempe exteriorum diligenti custodiâ; & vigilantia in oratione. Et illam quidem juvabat Divinæ majestatis, memoriam tuam nusquam deserens, præsentia: hanc

ve-

verò ejusdem Summi Boni intensissi-
 mus amor, qui preces tuas Seraphico
 quodam igne inflammabat. Dum sa- *Diligē-*
 cræsupellectilis curam gerebas, ipsæ A- *tia in*
 ræ, Templi parietes, & ornamenta ad *officio*
 cultum Divinum spectantia, animi tui *Sacri-*
 munditiem ob oculos ponebant. Sed *stæ.*
 & Horologij (cujus directio tuum, ve-
 lut Sacristæ, erat officium) horarius
 index, per tuam sollicitudinem, non
 minùs cum solis cursu, quàm cor tuū
 cum Divinæ Voluntatis amussi, perpe-
 tuò conveniebat. Tandem senio, gra-
 víque morbo, vitæ mortalis filum ab- *In ex-*
 rumpente, postrema nocte quater in *tasim*
 extasim raptus, ac denuo tibi ad mul- *raptur*
 torum solatium restitutus, admiranda
 quædam de Beatorum in cœlo felicitate *Et mira*
 referebas: maximè de splendore cu- *refert.*
 cullæ pauperculæ, qua ibi Cisterciens-
 ses, præ alijs sanctis, fulgeant.: quàm
 deinde sublimi folio honoretur humi-
 litas: quàm porrò ineffabili luminis
 superni gloria emineat purus à mun-
 di vanitate animus. Atque ut dictis
 fidem astrueres; plura præsentibus ar-
 cana detexisti, plura, suos eventus à
 Providentia DEI in futurum exspe-
 ctantia. Finem sermoni fecit exoptata
 mors: quæ te instar placidi soporis oc-
 cupans, illorum fortunatissimo cœtui
 te

te conjunxit, quem in spiritu paulò antè salutaveras. *Impertire mihi nunc*

Diligē- *tuam in rebus sacris diligentiam: quæ me*
tia in *semper admoneat: Sancta esse sanctè tra-*
rebus *ctanda: neque ad illa unquam accedam;*
sacris. *nisi puris manibus, mūdo corde, & fervi-*
da devotione.

Circa **B. ULRICE:** qui Heselbergæ in
annum Angliā parvæ cellæ, templo vicinæ, in-
1200. clusus, præscriptam Cisterciensibus vi-
 vendi normam ad unguem observâsti;
 latere quidem. & omninò ignorari cu-
 piens: at ex humilitatis umbra clariùs
 emicans sanctimonix tuæ lux, per re-
 velationes & miracula, te in hominū
 notitiam, ac post fata in publicam ve-
 nerationem produxit. *Impetra mihi va-*
Uni ut *nae gloriæ contemptum: ut humana de me*
placeas *judicia, qualiacunque demum illa sint,*
Deo cu- *nec quærens, nec formidans, actiones &*
randū. *intentiones meas, ad unum arbitrum, &*
cordis inspectorem Deum referam.

Circa **B. JOANNES,** Converse Villari-
annum ensis: in cujus vita, velut quædam ma-
1170. ores stellæ, spectabiles erant in primis
 humilitas, quæ te minus nihilo reputa-
 bas: inde abnegatio tui ipsius, qua in
 te rigidus: charitas denique, qua erga
 omnes mitis & obsequiosus eras. *Orna-*
etiam me hac pulchra trinitate virtutum,
erit animæ meæ ornamentū, quia trinum,
ideo perfectum. **S. Ber-**

S. BERNARDUS, lib. 3. de Consid.

*Spiritualis homo omne opus suum tri-
na consideratione praveniat. Primò
an liceat: deinde an deceat: postremò
an expediat.*

Actio-
nū re-
gula.

(☉)(☉)S(☉)S(☉)S(☉)(☉)

21 Februarij. 9 Cal. Mart.

B PETRE cognomento Tolosane; Clarævallis monache: qui postquā aliquot annis vitam solitariam pane duntaxat de furfure aut siliquis cecto, crudisque herbis sustentâsses: amore in Mellissuum BERNARDUM, relicta eremo, ad cœnobium te recepisti. Nec sinè cœlesti monitu. Videbaris enim tibi, subitò vocari ad DEI Judicis tribunal: coram quo cùm supplex te prostravisses; vocem sciscitantis audivisti, quid peteres? Nihil verò aliud, quàm eternam salutem petenti, responsum est, & mandatum: ut te ad Claramvallem conferas: ibi te id, quod postulaveras, certò obtenturum. Militiæ nimirum socijs egebas; ne te solum impetuosa maligni bella deprehenderent. Is quippe videns, animi tui firmitatem monstrosis laryarum terroribus expugnari

Floruit
anno
1163.

Cœlius
ad Or-
dinem
voca-
tur.

*Tenta-
tur à
démone
horri-
biliter:*

*sed ope
cælesti
libera-
tur.*

*videt
absētia*

*Christum in
Missâ.*

*Cœli
auxiliū
pugnā-*

gnari nequaquam posse; spurcissimos suos ignes tam vehementi in te suscitavit incendio; ut jamjam ferrum conquireres, quo maliradicem, etiam cum manifesto vitæ periculo, succinderes; cùm hæctenus nec extrema inedia, nec repetita in singulas propè horas flagella, tollendæ molestiæ prævalerent. Sed hanc in te tyrannidem mitiore remedio cœlum prævertit; misso per visum Angelo sub medici persona: qui imaginario quidem, non tamen doloris inani vulnere, totam pestem illam sanavit. Succedere huic favori in dies alij: per quos ea, quæ in locis longè distitis contingere, velut in cœlesti rerum futurarum diario legens, præsentibus narrabas. His, & suo pretio, & frequentiam potius erat quotidianum prodigium; quo Sacrificans, post verba Consecrationis, nihil de Panis externa specie cernebas; nihil manus sibi contrectare videbantur, nisi ipsum DEUM, in forma blandientis puelli apparentem. Quem denique sine specie intermedia intuiturus, in magna pietatis dulcedine purissimum spiritum emisisti. *Infirmis fraudibus ad perniciem nostram utitur serpens antiquus: quibus humana infirmitas succumbet millies, absque submisso de cælis robore. Atque hoc ipsum*

*ipsum est, quod per te à Deo, in opportuni-
tibus, in tribulatione, impetrari mihi,
supplex efflagito.*

ti neces-
sarium.

B. A G N E S, Ordinis Cisterciensis Obijt
Virgo Germana: cujus animam in ma-
gna gloria, & suavissima Angelorum
musica, ad cœlos deferri, Beata soror
tua Hildegundis conspexit. *Aperi in
me interiorem Fidei oculum: ut sicut tu in-
finita Dei pulchritudine nunc beata æter-
num frueris: ita ego per illuminati amoris
flammas, animum meum à terrenis attol-
lam ad cœlestia.*

anno
1186.

Fidei
oculo
Deus
queréd.

S. B E R N A R D U S, serm. II. in Cant.

*Ille, qui replet in bonis desiderium a-
nimæ; ipse rationi futurus est pleni-
tudo lucis: ipse voluntati multitudo
pacis: ipse memoriæ continuatio æter-
nitatis. O veritas, charitas, eternitas!*

D E U S
animã
satiat.



22 Februarij. 8 Cal. Mart.

S. E D M U N D E: qui hodierna die
cuidam monacho Pontiniacensi
gloriosus apparuisti. Cúmque ille non
sinè tristi querela sciscitaretur: quanam
ex causa tantus olim, in vita & morte,
mira-

Anno
1250.


ius
Corpus
deceñio
post obi-
tu repe-
riunt
incor-
ruptū.

miraculorum patrator, nunc cessante illa gratia, Pontiniacum tuum deserueris. Cui manus tuas terrâ oppletas ostendens, satis clarè significasti; qua ratione prodigiorum obex sit amovendus. Mox igitur effosso tumulto, corpus tuum ab omni corruptione illæsum repertum est: in qua gloriosa specie nostra hac ætate, inter plurima signa, perseverat. *Accurro & ego ad te; non pedum gressibus ad tumultum tuum, sed mentis affectu, votis & gemitu, ad cumulum meritorum tuorum. Non est abbreviata manus tua. Jam enim à terra omnino libera, extendi Divina virtute potest in omnem latè terrarum orbem. Illam opitulatricem invoco: tum maximè, cum in extrema vitæ hora, ad subeundam frigidæ terræ foveam, gemens ac tremens urgebor.*

Floruit
anno
 1147.

Virtu-
 tes car-
 dina-
 les.

B. QUADRATE, Abbas Bonæ-
 vallis: vir admodum præclaræ & admi-
 randæ virtutis: qui revelationibus &
 signis illustris, feliciter migrasti è sæ-
 culo. *Impetra mihi à Deo Quaternas, sa-
 luti meæ necessarias virtutes: prudentiam
 in eligendo: justitiam in agendo: temperan-
 tiam in victu: fortitudinem in patiendo.
 Quas quintus indubiè favor excipiet, pie-
 tas in moriendo.*



S. Ber-

S. BERNARDUS, ser. 18. de divers.

Studemus itaq; fratres mei, & humiles ad satisfaciendum his, qui habent aliquid adversum nos; & ad remittendum his, qui offenderunt nos, faciles inveniri: quia non solum mutua inter nos pacis conservatio constat in his duobus; sed ne ipsa quoq; Divina sine his propitiatio poterit obtineri.

Duo
pacis
conser-
vandæ
reme-
dia.



23 Februarij. 7 Cal. Mart.

B. CÆSARI, Prior Villariensis: vir admodò indefessi in obsequio Divino, & regulari disciplina fervoris: ut ad canosusque nulla te infirmitas (quas tamen haud infrequētes afferebat victus austeritas) ad levissimam relaxationē permoveret. Frontis, mutari nescia, serenitas, veluti erat innocentis, ita in DEO semper jubilantis animi indicium. Testabatur id denique ipsa mors; dum inter hæc lætissima verba vivere desijisti: Cantabo cum cantantibus, psallā cum psallentibus: laudabo eum, qui creavit me: dulcedo ex ore ejus mel & lac. Ac

Vixit
circa
annum
1190.

Hilaris
vivit,
& me-
ritur.

UE

ut lætitiæ tuæ confortes etiam in terra haberes; cuiusdam Monacho per visum vel solo apparatu amictûs ostendisti, quàm nihil triste in altero orbe experiaris. *Doce me nunc in hac terra, à veris, solidisque gaudijs heu! nimis aliena, attentè, hilariter, & devotè cantare canticû Deo Creatori meo; eúmque die & nocte ex totis viribus laudare: ut non solùm moriens, sed deinceps verè vivere incipiens, psallam cum psallentibus sanctorum jubilantium choris.*

Desiderium laudandi Deum.

Circa annum 1300.

Colit eximie SS. Eucharisti- am.

Mirum post mortem prodigium.

B. ELEONORA, monasterij de Castris in Hispania DE O sacrata virgo: quæ præter alia complura virtutum insignia, erga SS. Eucharistiæ Sacramentum ardentissimo amore flagrabas. Cùmque de hoc mundo migratura, ob gutturis tumorem amissâ loquelâ, sacrosanctum Viaticum recipere non valeres: ad DEUM tota mentis devotione conversa; & loquendi facultatem recuperâsti, & vivifico Angelorum cibo refecta, in sanctarum Virginum spectabili è cœlo præsentia, ad Sponsi Divini thalamum conscendisti. Ad demortuæ porrò corpus vigiliæ egisse cœlum, cerei demonstraverunt: qui integro die ibidem ardentés, non tantùm nihil decreverunt; sed quinta ponderis parte aucti esse reperti sunt.

Da

Da, ut hoc immensi pretij mysterium, eo amoris affectu venerer, quo dignum est. In fine autem exilij mei, amove ab anima & corpore meo morbos, quibus impediri posse à digna susceptione cœlestis pabuli.

SS. Viaticum.

S. BERNARDUS, Tr. de dilig. Deo.

Amans Deum anima, aliud præter Deum, sui amoris præmium non admittit. Aut si aliud requirit: illud, non Deum, diligit.

Amor DEL.



24 Februarij. 6 Cal. Mart.

B. DESIDERI, Clarævallis Converse: qui in illo summæ pietatis gymnasio, sub mellifluo BERNARDI magisterio, præcipuè ab eo amorem in Deiparentem, velut lac, suxisti: cui licèt quotidie cultum pro viribus ferventissimum exhiberes; acuebant tamen præ alijs devotionem tuam dies, eidem solenni ritu festivi. Contigit verò aliquando, ut per obedientiam non intra Ecclesiæ parietes, sed in agro apud ovium greges, ipso Virginis ad sidera Assumptæ pervigilio, morari cogereris. Audito igitur campanarum signo, quo Monachi ad psallendum

Circa annum 1129.

In Mariam devotus.

G

CON-

146 ANNI CISTERCIENS.

Devoti-
o in B.
V. sim-
plex,

sed ma-
gni a-
pud De-
um me-
riti,

Et in-
gens in
morte
solatiū.

Mariæ
patro-
cinium
in mor-
te

Circa
annum
1216.

convocabantur, oculis, animoque
in cœlum elevatis: consuetum primò
orationum pensum persolvisti: inde
ne reliquum noctis exercitio pietatis
careret; cùm nihil precum tua tibi sim-
plicitas suggereret aliud, præter saluta-
tionem Angelicam; eandem toties no-
vo semper devotionis conatu repe-
bas, donec aurora illuxerit. Finitis in
Claravalle rebus divinis, cùm sanctis-
simus Abbas BERNARDUS more
solito in Conventu peroraret; disertis
verbis testatus est, te (cujus devotio-
nem in spiritu cognoverat) simplicis-
sima tua pietate plus coram DEO con-
secutum esse meriti, quàm omnes reli-
qui, quantumcunque sublimi contem-
platione. Hoc porrò amoris in Virgi-
nem Deiparam affectu obtinuisti, ut
tibi morituro, unà cum dilecto suo
BERNARDO, assistens, viam ad cœ-
los egredienti animæ præiverit. Ora-
Cœlitum Reginam; ut cùm ipsa unica post
Jesum mea spes sit, & ara salutis; terribi-
lem illam mortis horã, per gratia suæ præ-
sentiam, reddat mihi facilem, & felicem.
B. ARNOLDE, humilis Converse
Strombergensis cœnobij: qui ut benefi-
cia à sancto Hero tuo Waltero de Bir-
bach accepta, grato animo pro viribus
compensares; tam in sæculo degenti
sunt

summa fide serviebas, quàm in mundi contemptu, & susceptione habitus monastici adhæsisti: magnarum denique ejus virtutum æmulator, nec in orbe altero ab illo separatus es. Non postulat à nobis, liberalissimus *Universi Dominus*, pro infinita beneficiorum in nos effusorum copia, nisi rem sanè facillimam, gratiarum actionem: quam insuper remuneraturum se præmijs in cælo æternis promittit. Discam igitur tuo exemplo semper esse gratus tanto benefactori, ac sinè intermissione cum *Psalte* dicere: *Semper laus ejus in ore meo.*

Gratiarum actio.

S. BERNARDUS, serm. 27. de divers.

Omnino sola nos à profectu conversationis impedit ingratitude nostra: dum quodammodo amissum reputans dator, quod ingratus accepit, caveat sibi de cætero; ne tanto plus amitteret, quanto plura tribuat ingrato.

Ingratitudo



25 Februarij. 5 Cal. Mart.

B. BARTHOLOMÆE Conillæ, in Hispania Populetoni Monasterij Abbas: qui cùm in aula Regis Hispani-

Obijt
anno
1458.

G 2

arum

arum Alphonfi flores inter paucos, utpote ob præstantissimam eruditionem, Medici Regij titulo clarus. Mundi tamen fastum generoso pede conculcans, monachum in Populeto induisti. Atque ut opere demonstrares, te non impetu, sed altiori consilio abjecisse, quidquid animi demissioni non serviret; cum te communia tuorum suffragia; quin & Regis, Reginaeque voluntas, ad clavum monasterij vocarent, minimè consensisti; donec ad eorundem petitionem Eugenius IV. te sua authoritate compulerit. Orandi studio ita eras addictus; ut quotidie extra consuetas S. Ordinis preces, Psalmos Davidis omnes ex integro recitares. Cæterum te Medicum cuidam mortuo, non ex Hyppocratis, sed ex Christi schola, exhibuisti; cui vitam solo precum remedio reddidisti. Authoritas denique tanti ponderis fuit; ut de regni statu nulla consilia Rex probaret, quæ tu non dictasses, aut firmasses consensu. Nec quidquam magis doluit, quàm cum sui maximam partem, te ad superos rapto, se amisisse questus est. *Doce me omnia consilia, cogitationes, & desideria mea, ad trutinam prudentiæ revocare; & conferre illa cum Divina Voluntate, cum Vocationis, & status mei ratione*

Mundi favores contemnit:

& honores.

Mortuum suscitavit.

Ponderatio consiliorum

tiæ

sione. Ac si ex omni parte bona invenero,
viriliter exequi: sin minus: magnanimi-
ter rejicere.

B. MECHTHILDIS, Abbatissa *Vixit*
monasterij Fucsenik in Germaniæ par- *circa*
tibus: quam cum parentes opulenti ad *annum*
matrimonium destinassent; eamque *1207.*
ob causam mundo muliebri, adhuc
parvulam, pretiosè ornassent: tu ma- *Jam*
tri non infantiliter dicere solebas: etsi *infans*
te totam auro obduceret, non tamen *Christo*
à Christo, quem unum in sponsum e- *se de-*
legeris, aversuram. Importunis tan- *sponsas.*
dem precibus potestatem extorsisti, ad
monasterium transeundi: ubi tam in-
dustriam te moniales, non minus in
via perfectionis, quàm gerendis rebus
externis, invenerunt: ut paucis post e-
missa vota annis, te in Matrem coopta-
verint: magno quidem & suo & alio- *Plures*
rum fructu; quos virtutum tuarum ad- *è seculo*
mirabili fragrantia, ad vitæ religiosæ *trahis.*
amorem traxisti. Ita aucto insigniter
virginum DEO sacratarum numero,
famâ sanctitatis & prudentiæ celeberrima migrasti ad cœlestis Sponsi thalamum. *Copula animam meam Dilecto* *Christo*
Sponso tuo, indissolubili veri amoris con- *soli ad-*
nubio: nec permitte me alienis amoribus *hæren-*
implicari. Illi soli me totum impendam: *dum*
illi soli adhæream: illi uniar aternum.

S. BERNARDUS, Tr. de vita solit.

Unio
nostræ
Volun-
tatis
cū Deo,
ex ho-
mine
Deum
facit.

*Unitas spiritūs cum Deo, hominis, cor
sursum habentis, proficientis in Deum
Voluntatis est perfectio: cū jam non
solum vult, quæ Deus vult; sed etiam
non possit velle, nisi quæ Deus vult. Vel-
le autem, quæ Deus vult: hoc jam
est esse, quod Deus est: cui jam velle,
& esse, id ipsum est.... Sic modo
ineffabili, inexcogitabiliq, fieri me-
retur homo Dei, non Deus; sed tamen
quod Deus est ex natura, homo per
gratiam.*



26 Februarij. 4 Cal. Mart.

Cōver-
sus año
1154.

Precū
piarum
effica-
cia.

BANDREA, Clarævallis mona-
che: qui cū adhuc Ecclesiæ Vir-
dunensis Archidiaconus, sanctum
Clarævallis cœtum inviseres, te illo-
rum precibus commendāsti. Quarum
vim adeò celeriter persensisti: ut statim
mutatus in alium, humiliter in eorun-
dem consortium adscribi petieris. Ob-
tentum verò religionis habitum cū
tibi, sæculi teneritatibus assueto, supra
mo-

modum deprehenderes gravem: jam-
 já inque perseverandi animum despon-
 deres; hortatu B. Roberti Abbatis tri-
 duo retentus, apposita ad mensam pi- *In cibo*
 sa, quæ nunquam sinè nausea fumere *coelestē*
 valebas, cœlesti sapore condita inve- *saporē*
 nisti. Quo prodigio confirmatus, ala- *sentis.*
 criter cœptum perfectionis iter profe-
 cutus es. Eandem tibi dulcedinem
 exinde spirabant cruciatus spontanei,
 quibus carnem spiritui subigebas: sed
 multo magis oratio; à qua, tanquam
 à summis delicijs, ægerrimè avelleba-
 ris. Quin denique non aliter, quàm o-
 rantem mors ad æternas delicias trans-
 misit. *Conspere jejunia mea gustu spiri-*
tualis dulcedinis. Doce me magis esse soli-
citum de ciborum delectu ad impinguan-
dam animam, quàm ad corporis saginam.
Quo spero futurum, ut tandem admittar
ad cenam magnam mensæ divinæ, in qua
tu modò sinè satietate letaris.

Cura
de cibo
animæ.

Floruit
circa
annum
1200.

B. THEODERICE, in Novo Ca-
 stro eximiæ sanctitatis monache: qui
 vocantem DEUM prompto animo
 secutus; ac vocationi tuæ per egregia
 pietatis opera respondens, post mor-
 tem Gunthero, amico tuo, adeptæ in
 cœlo gloriæ splendorem ostendisti.
 Fac, ut vocem Dei, maximè ad amorem sui
 me tam suaviter invitantis non auribus


surdis

152 ANNI CISTERCIENS.

**Obedi-
entia.** *surdus audiam, sed promptè sequar. Superioribus deinde meis, velut vocis divinæ vicem agentibus, humiliter & sincerè obedi-
am: atque ita merear in hora mortis vocari à Deo ad præmia obedientibus promissa.*

S. BERNARDUS, ser. 3. de Circumc.

**Qualis
debeat
esse O-
bedien-
tia.** *Si tibi in ipsa obedientia via, aliqua fortassis dura & aspera occurrere possunt, accipias interdum præcepta nonnulla; quæ, licet salubria sint, minùs tamen suavia videantur. Hæc si molestè incipias sustinere, si dijudicare Prælatum, si murmurare in corde: etiamsi exteriùs impleas, quod jubetur: non est hæc virtus Obedientia, sed velamentum malitiæ.*



27 Februarij. 3 Cal. Mart.

**Floruit
anno
1192.**

B. EMMANUEL, monasterij ad S. BERNARDUM in Frisia monache: qui adhuc juvenis in mundo famâ sanctitatis clarebas: quam suscepto Cisterciensi habitu, multo effecisti clariorem: præsertim quando miracula

cum

cum virtutibus tuis, & numero, & celebritate certabant. Unde ad sedem Episcopalem urbis Cremonensis eventus, pietate domestica monachum, publica Pontificem, quem etiam improbi venerabantur, egisti. Unde quaque tandem clarissimus, ad recipiendam pro laboribus mercedem ex hac luce migrasti. *Cum ipso propemodum vix exordio in vinea Domini fidelem operam navasti: hinc merito tam in hac, quam in altera vita, plenam recepisti mercedem. Utinam ego vel nunc tandem ad laborem manus exsererem; & præteriti temporis, heu quam malè impensi, jacturam resarcirem!*

Post laborem
merces.

B. R O B E R T E, Prior Archicœnobij Cisterciensis. qui ad S. Ordinem divina inspiratione vocatus, inter primos sacræ illius Eremitæ cultores honoraris: cum æternam tui apud posteros memoriam conservent, tum candida vitæ innocentia, tum tolerantia durissimi laboris; tum denique sepulchri locus, inter gloriosos cineres primorum Patrum conspicuus. *Ora Deum, ut mihi & omnibus alijs Cistercij filijs, largiatur affluentiam heroici illius spiritûs, quo tu unâ cum sanctis collaboratoribus, in sudore vultûs tui, ædificium Cisterciense, id est Arcem sanctitatis, Castrum innocentia, &*

Obiit
anno
1104

Unus
ex fundatori-
Cister-
cij.

SS. Patrum
spiritus
primæ-
vus.

virtutum palestram, erexisti. Ut nos, qui superædificati sumus, per sanctæ charitatis compagem, & disciplinæ custodiam, structuræ nobilissimæ culmen ad sidera usque sustollamus.

S. BERNARDUS, serm. 32. de divers.

Index
homi-
nis in-
terioris
est ex-
terior.

Minister Christi sic debet conversari; ut ex moribus exterioris hominis, qui videtur; existimetur compositio interioris animi, qui non videtur.



28 Februarij. Pridie Cal. Mart.

Vixit
circ. añ.
1188.

B HERBERTE: qui in Claravalle sacræ religionis imbutus rudimentis, ob singularis prudentiæ donum B. Henrico Abbati charus, Sacellani domestici honorem apud eundem habuisti. Eo autem ad sacram Purpuram promotus, tu Abbatia de Moris præfatus, tanta sagacitate, simul ac sanctitate, pauperem, ea tempestate, domum rexisti; ut inventum verè super pauca fidelem, te Clerus populúsque Sardinia in Episcopum elegerit. Atq; ibidem post plurima sanctitatis signa edita, finem vitæ mortalis, & æternæ. initium fecisti. *Summum prudentiæ,*



Et felicitatis humanæ fastigium tenet, qui novit, omnes actiones ad Voluntatis Divinae beneplacitum disponere. Hac laude cum tu mirè excellueris; effice, ut nusquam alia vitæ meæ regula locum inveniat.

Vitæ felicitas.

B. STEPHANE, Alvastræ in Suecia monache: qui ad petitionem Stenchilli Regis, & mandatum Agedarij Episcopi Bremensis, te in mediam Idolatræ gentis silvam magnanimiter immisisti. & post tolerata verbera, aliâque cruciamenta; post superata vitæ pericula; post patrata denique innumera miracula potiorē Suecię partem ab errore ad Christianam veritatem adduxisti. Ac in gloriosi laboris trophæum, Upsalæ (ubi primarium Dij Fanum habuerant) sedem Archiepiscopalem fixisti. *Toties idola mihi fabrico, quoties à Deo aversus in peccatum consentio. Averte à me hanc pestem, & maledictam impudentiam: & fac, ut exhorrescam, magis placere dæmoni, quàm Deo.*

Obijt
anno
1185.

Apostolus
Sueciæ.

S. BERNARDUS, ser. de S. Bened.

Sicut caro porcina, cum comeditur, ita adheret carni, ut jam sit una caro: sic transgressor præcepti Dominici, spurcos sibi sociat spiritus; & adherendo eis, unus cum eis efficitur dæmon.

Peccator fit
unus cum
dæmone
dæmon.



ANNI
CISTERCIENSIS
MARTIUS.

I Martij. Calenda.

Floruit
Circa
annum
1151.



EATE HUGO de Monte-felici: qui sub Paterna Melliflui BERNARDI institutione, puritatis, qualem Angelicus Magister amabat, innocentissimæ tyro, numeraris inter præcipuos, qui tanto Doctore dignos se discipulos probavere. Nullus, qui in Claravalle vitam monasticam sunt amplexi, non ardentissimum votum fuit, in dulcissima BERNARDI præsentia luctari cum morte: cum nemo de salute æterna dubitaret, si illius patrocinio munitus decederet. Eadem tibi felicitas obtigit; dum te ad cœlum, tanquam sui adventûs nuncium, præmisit. Trade, ac imprime memoriæ meæ aurâ sanctioris vitæ documenta, quæ tibi os illud divinum instillavit. Adde

de Rationi mea lumen, ut illa bene percipiam: Voluntati promptitudinem, ut illa fidelissimè observando, te sequar, quò tu me felicissimè præcessisti.

B. SIMPLICI: qui in Bona Valle *Obijt*
juvenilibus humeris suave Christi ju- *anno*
gum suscipiens, compendiosum ad cę *1182.*
los iter in primo ætatis flore invenisti.

Cùmq; de præmatura morte tua ma-
ter: apud Hugonem Abbatem quere-
retur; nec ad ejus consolationem ac-
quiesceret, licèt affirmantis, quòd in-
ter cœlestes choros te in magna glo- *Ejus*
ria jubilantem viderit: tu fletum illum *vox post*
cantu deterfisti: dum illa sub media *mortem*
monachorum psalmodia vocem tuam *in choro*
præ cæteris suaviùs, & clariùs reso- *audi*
nantem audivit. *tur.*

*Doce me puras in ora-
tione manus in cœlum levare: & Angelicū
illud munus, devoto cantu laudandi
Deum, cum debita reverentia & attentio-
ne implere. Id enim nihil aliud est, quàm
agere in mortali corpore vitam cœlestem.*

DEUM
cantan-
do lau-
dare, est

S. BERNARDUS, serm. II. in Cant.

*Nihil ita propriè quendam terris *Vita cę-*
representat cœlestis habitationis sta- *lestis.*
rum, sicut alacritas laudantium De-
um.*



2. Martij. 6 Nonas.

Obijt
circa
annum
1105.

Devo-
tus in
B. V.

à qua
eger os-
culum
accipit.

Ars be-
ne orā-
di.

B. ANDREA: qui in Rivo-sicco Hi-
spaniæ monasterio, cum religioso
Cisterciensium vestimento sanctimo-
niam induens, eandem multis virtuti-
bus decorasti. Ex quibus non ultima
fuit, fervens studium colendi sacratis-
simam Matrem Pietatis. Ejus enim
Horarias preces non solùm devotè in
choro; sed extra eundem non minore
diligentia repetere solebas, è singulis
voculis sensum aliquem mysticum eli-
ciens; quò magis in ejus amorem ac-
cendereris. Septemdecim annis in hac
pietate peractis, morbus te lectulo af-
fixit: ad quem accedens Consolatrix
afflictorum, suo te osculo recreavit; &
multa secreta, post mortem tuam e-
ventura, aperuit: nec multò post horâ
à te prædictâ, felicem animam secum
ad cœlos deduxit. *Artificium velut u-
tilissimum, ita difficillimum est, Orare:
quod homines magnæ sanctitatis conqueri
solent. Cujus cum tu peritissimus fueris, ju-
va me orantem, inflamma, & eleva cor
meum, maximè cum Cœli Reginam his ver-
bis alloquor: Ora pro nobis peccatoribus,
nunc, & in illa periculosa hora mortis
nostræ.*

B.

B. FRANCISCE à S. Maria Magdalena: qui susceptis in sæculo sacris Ordinibus; ut te in requisita ad tam excelsum Officium puritate conservares, quàm fieri potest, integerrimum, laudatissimè Fuliensium familiæ te adscripsisti: in qua tuæ te virtutes statim ad publicas curas vocaverè. Nam Superioris Provincialis munere, per viginti quinque annos, tantâ prudentiâ functus es, ut nemini non jucundissimum esset, tuam intueri præsentiam, gravitate morum, & hilaritatem piam spirante modestiâ, decoram. Morbos à rigido vivendi modo contractos, etiam si peracuti essent, sinè ulla remissione consuetæ austeritatis, quasi non sentiens, perferebas. Sacræ Scripturæ libros non nisi capite detecto legere, in officio divino primus comparere, negotijs quibuscunque occurrentibus, solebas: tamque infatigabilis in te fuerat orandi amor; ut semper majorem notis partem, etiam gelidissima hieme, sibi preces vendicarent. Plura, saluberrimè imitanda, mihi in vitæ tuæ speculo proponuntur: nihil tamen est, quod à Deo per te mihi impetrari, magis exoptem, quàm tuam animi, semper in Deo quiescentis, tranquillitatem. Quæ veluti est efficax ad e, amorè, ita ad virtutes stimulus.

S. Ber-

Obijt
anno
1624Jucundus
simul ac
gravis
morum
decor.Orandi
studium.Animi
tran-
quilli-
tas.

In Dei
bonita-
te sub-
inde re-
spiran-
dum

*Sua deo vobis, amicis meis, reflectere
interdum pedem à molesta, & anxia
recordatione viarum vestrarum, &
evadere in itinera planiora, sereni-
oris memoria beneficiorum Dei: ut
qui in vobis confundimini, ipsius in-
sultu respiretis.*



3: Martij. 5. Nonas.

Obijt
anno
1210.

B. BONE, re, & nomine bone: qui
postquam in Lycæo Tolosano sci-
entiarum divinarum cursum, cum ce-
lebri eruditionis laude absolvisti; The-
ologiae mysticae deinceps operam da-
turus, magistros elegisti Cisterciensis
Instituti, in monasterio Custodie DEI.
In quorum disciplina adeò profecisti:
ut qui te discipulum susceperunt magi-
stri, mox sibi cum summo imperio pre-
esse voluerint. Maxima laus scholæ,
ubi magisterio digni sunt, qui docent,
& qui docentur. Hinc cum ultra tuo
pedo ad ductum non egerent subditi,
Heretice Albigenses, velut canes, Eccle-
siae oblatrantes, strinxisti: quorum
mul-

multitudinem copiosam, authoritate Innocentij II. partim Verbo DEI con-
 victam, partim mansuetudine persua-
 sam, ad Christi Ovile, ac tandem post
 labores gravissimos, tecum ad vitam
 immortalẽ deduxisti. Nemo est, qui
 non cupiat videri bonus. Factu, ut opera
 mea ostendant, me verè & non fictè bonum.
 Terreat me gravis illa comminatio Christi,
 infacundam arborem, quæ non facit fru-
 ctus bonos, reprobantur, & ad flammam
 eternum arsuras condemnantur.

bigen-
 ses op-
 pugnas
 Opor-
 tet esse,
 non fine
 gibo-
 num

B. ELISABETH, cœnobij de Ca-
 stris in Lusitania sanctimonialis: quæ
 ab infantilibus annis adè in amore
 Divino animum tuum solidasti; ut il-
 lius robur nulli dolores, ex continua
 morborum serie subnascentes labefa-
 ctaverint. Quam verò pretiosas tibi
 ex Patientia coronas contexueris, per
 visum tibi ostenderunt Divi Patriarchæ
 S. Ordinis, Benedictus & Bernardus:
 qui postquam te jucundo spectaculo,
 manentium te in cœlo gaudiorum, ad
 perseverantiam cohortati sunt, paucis
 inde elapsis diebus, ad suum te confor-
 tium evocarunt. O si & ego immensam
 hanc felicitatem à Deo obtinere merear!
 ut hos sanctissimos habeam in morte Pa-
 tronos. Tu me nunc ita doce vivere, ut tam
 optabili gratia me non reddam indignum.

Dolores
 patien-
 ter fert.

visione
 roborat-
 ur.

B.

Passus
circa
annum
1500.

Cruce
Christi.

B. Martyr Anglicane, Abbas monasterij Sauliensis: qui ab hæreticis in vincula raptus, & post multa opprobria, contumelias, ac tormenta, post ipsam denique crucem, membratim discerptus, de turpissima tyrannide, pulcherrimum duxisti triumphum. De tua illa Cruce partem, veluti virtutum tuarum reliquias, in theca cordis mei reponere: ut in hoc signo vincam omnes maligni infestationes. Hic unicus salutis mee clypeus nunquam recedat à corde meo, sit spes mea, refugium, ac æterna salus mea.

S. BERNARDUS, ser. II. in Cant.

Redē-
ptionis
opus
semper
recolē-
dum

Bona, quæ largiri mortalibus non cessat miserator & misericors Dominus, recolere, & recolligere omnia, omni homini impossibile est. Id saltem, quod præcipuum est, & maximum, opus videlicet nostræ Redemptionis, à memoria redemptorum aliquo modo non recedat.





4. Martij. 4. Nonas.

B. HERMANNE: Aquiriensis mo- *Vixit*
 nasterij Converse: qui inter acerri- *circa*
 mos membrorum dolores, & serviētium *annum*
 probra patientissimus, post diuturnam *1225.*
 cum afflictionibus luctam, victricem
 animam ex hac miseriarum caligine
 ad lucem immarcessibilem emisisti.

Quotiescunque peccatorum meorum, ac si- Dei mi-
mul afflictionum, à sanctis toleratarum, sericor-
recordor, toties consternato animo cogor ex- *dia.*
clamare cum Præsule Hypponensi; O Deus!
hic ure, hic seca, modò in æternum parcas.
Exora tu mecum Divinam clementiam, ut
corripiat me nunc in misericordia sua. En!
paratum cor meum.

B. THOMA: qui per aliquot an- *Floruit*
 nos sub Regula Benedictina Cantua- *anno*
 riæ vivens, impigrum te in sacra illa *1207.*
 observantia præstitisti. Sed augendo-
 rum meritorum cupidus, ad Cisterci-
 enses transijisti. Cujus Instituti rigore *Eremiã*
 minimè satiatus proficiendi ardor, te *petit.*
 ad singulare cum invisibili hoste certa-
 men in vastam solitudinem eduxit. In
 qua residuos vitæ dies in maxima san-
 ctitate transegisti. *Experientia docet,*
quotidie subeundum esse cum maligno sin-
gula-

Victo- gulare certamen. *Apta ad pugnam ma-*
ria sui, *rus meas: fac me apprehendere forissima*
vincit *mortificationis arma: certus emper erit*
demon- *de hoste triumphus, quem mei victoria an-*
nem *tecesserit.*

S. BERNARDUS, ser. 1. de S. Andr.

Cruce *Si sciret nobis tribulatio, sic victus*
fugatur *esset omnino diabolus. Nihil enim*
hostis. *proficit inimicus in eo, quem Crux*
Ch: isti delectat.



5. Martij. 3. Nonas.

Obijt **B.** GERARDE, Pijssimi Parentis
circa BERNARDI alumne: qui inno-
annum center consummato militiae religiosae
1135. studio, morbo correptus, tridui inter-
Ejus vallo per spiritum in altero orbe ver-
verba fabaris. Inde verò ad te reversus, læ-
post tri- tissimo vultu, in hæc verba prorupisti.
duanã [BONA EST OBEDIENTIA. Ad tribu-
xtiafin. nal Christi ductus fui; ipsùmque facie
 ad faciem Regem Angelorum conspe-
 xi, dicentem mihi: Ecce! locus tuus in-
 ter fratres tuos. Nullus tui Ordinis pe-
 ribit; si Ordinem amaverit. Aut enim
 ante mortem purgabitur; aut brevè
 post mortem purgatorium ignem eva-
 det

det.] Quibus dictis, inter exultantium & psallentium confratrum lacrymas animam ad jam notas in patria feliciore sedes emisisti. *Dignissima sunt, quæ marmori, uti dicimus, inscribantur* Bona est obedientia
hæc verba: Bona est Obedientia. Exhibeo en! tibi marmoream cordis mei tabulam: quæ cum sit reliquis virtutibus inanis & vacua; fac saltem, ut aurea hæc inscriptione ornata coram Iudice suo appareat.

B. RADULPHE: qui ex Signia- Obijt
 censi ad Claravallensem Abbatiam af anno
 sumptus, regiminis tui memoriam va- 1236.
 rijs, tum sanctorum Martyrum, cum alijs magnæ sanctitatis aut dignitatis virorum sepulchris, ad posteros extendisti: vix tandem sepulchri locum inter tot charos tuos nactus; nisi post Episcopatum Agenensem, & Archiepiscopatum Lugdunensem, cum summa laude administratum, cineres tuos in Claramvallem filiorum amor adduxisset. Sepulchralem tamen lapidem nullis honorum titulis ornari præcepisti: ut animi demissionem, quam præ ceteris virtutibus semper colueras; etiam mortuus doceres. *Nulla virtus humilitate est altior: nulla Deo, Angelis,* Humilitas.
 & hominibus acceptior: nulla exemplis illustrior. Tu ora, ut illam mihi donet, qui dixit: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* S. Ber.

Humi-
litas.

O mira vanitas, ô mira fatuitas cordis nostri! cujus elationem perfectè reprimere, cujus cervicosos motus omnino domare: humilitatis materia tanta non sufficit, quin superbiat adhuc terra & cinis.



6. Martij. Pridie Nonas.

Obijt
anno
1276.
6. Non.
Mart.

Perse-
veran-
tia.

B.ARNULPHE; qui in Villario Cisterciensibus adscriptus, pro virtutum merito, tanquam sedulus disciplinæ monasticæ observator, Abbas S. BERNARDI in Brabantia constitutus es. Sed gubernandi felicitas, & vitæ sanctimonia effecit, ut vacante in Villario Abbatiali sede, communibus votis revocatus, & in Patremfamilias electus fueris. Non frangebant etiam senem labores: sed in ijs usque ad extrema perseverans, nomen sancti meruisti apud posteros; & apud superos gloriæ coronam. *Impetra mihi sanctam in bono perseverantiam. Hanc enim si possidero, non possum de præmio amittere: cum illa, veluti sola, ita certò coronetis.*

Ve-

Venerabilis Mater ANNA, Pondunij Abbatissa: quæ nobilitatem generis famulatui divino postponens, uni Christo amores tuos addixisti. Cui ut velut gratissima sponsa placeres, duorum præcipuè monilium ornatu te induisti: demissione nimirum & puritate animi. In qua tam sublimem perfectionis gradum affecta es; ut ne à longè quidem aliqua mundum (multò minus immunditiam) redolens cogitatio te pulsaret. *Magna fuit hæc, & raris concessa gratia. Sed ab illius datore & amatore Deo, hand dubiè per tuas preces impetranda: quas ut pro me fundas, supplex te invoco.*

Obijt

anno

1244.

Puri-

tas in-

signis.

S. BERNARDUS, ser. 31. de diversis.

Cogitationum genus immundum nimis, ac fetidum, nec admittere quidem ulla ratione debemus: sed à longè presentire fatorem, & tota virtute repellere, toto animo propulsare: & converti statim ad gemitus, lacrymis ac suspirijs invocantes spiritum, qui adjuvat infirmitatem nostram.

Principijs ob-
sta. &c.



7. Martij. Nonis.

Floruit
anno
1222.

Cele-
brans
videt,
& am-
plexa-
tur Je-
sum.

Felix
mors,
amore
mori.

B. GODESCHALCHE: qui in ver-
nante ætate te abstrahens à vanita-
tum mundanarum aspectu (ne scilicet
aspectus transiret in affectum) in Valle
S. Petri cuculla Cisterciensi caput ob-
velâsti. Successu verò temporis factus
Sacerdos, Virginis Filium ad purissi-
mas manus tuas, supra communem a-
lijs potestatem, attraxisti: ita ut ad o-
stendendum suû in te amorem, in sacra
Natalis sui nocte, non aliter sub actu
Consecrationis visibilis vagiret in tuis
brachijs, quàm in Bethlehemitis cu-
nis. Nec tu segniùs in amplexus & of-
cula ruisti, quàm tunc cum castissimo
Sponso suo Virginea Mater. Hujus
autem immensi gaudij dulcedo, tan-
tum fastidium terrenæ habitationis in
animum tuum induxit; ut ex sola im-
patientis desiderij magnitudine anima
vitæ mortalis vincula rupisse credatur.
*O beatam mortem, ubi Amor Divinus a-
git non sictam Parce, filium vitæ abrum-
peris personam! Tu fac ut suavissimus
ille amor mecum nunc omni momèto vivat:
non desitueti utique, quia mortis eternæ
victor est, me morientem.*

B.

B. PETRE: qui à matrimonij vinculo liber, libertatem spiritûs sub suavi jugo Cisterciensis Ordinis, in Bonavalle suscipiens, unâ cum liberis tuis (inter quos fuit magnus ille Petrus Episcopus Tarantasiæ) terrenum amorem in divinum permutâsti. Quàm verè autem nihil de mundi concupiscentijs tibi inhæserit; luculenter patuit ex fervore spiritûs: qui ad instar ignis nunquam quiescens, te nunc ad labores manuum, nunc ad preces, nunc ad rigidam corporis castigationem, aliâq; pietatis opera, usque ad felicem mortem, exstimulabat. *Dei, an mundi filij* Dei spiritu-
simus, Doctor Gentium decedit: ex spiritu ritu a-
nimirum, quo quis agitur. Periculosè a- guntur
gitur, qui inter mundi procellas alio, filij Dei
quàm Dei spiritu ducitur. Tu averte à me
spiritum hujus sæculi nequam; & deduc
vite mee naviculam, afflatu divini spiri-
tûs, ad portum æternæ salutis.

S. BERNARDUS, ser. II. de divers.

Hæc est libertas, qua Christus nos liberavit; ut nulla penitus creatura avellere nos, aut vim facere possit. Soli id deserere possumus propria voluntate abstracti, & illecti à propria

Voluntas propria separat à DEO.

concupiscentia. Præter hanc enim nihil est, quod timeamus.



8. Martij. 8. Idus.

Floruit circa annum 1280. **B.** HENRICE de Marilis: qui cum videres, quantum superbia Mundi, cum suis concupiscentijs, à recta ad cælum via aberret: sancto horrore tristissimæ æternitatis (quæ gaudiorum, vel potius infaniarum, mundi finis est) concussus; cum Rege Psalmographo statuisti, abjectus esse in domo DEI, magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Quamobrem, pueritiæ annos non multum prætergressus, ad Villarium, solo DEO duce, confugisti. Tu quidem teipsum abjeceras: sed lucernam te esse, præluere dignam, Villarienses æstimaverunt: qui per annos quinquaginta, sub quibus diu Priorem agebas, sanctimonix lumen venerabantur. Et veram fuisse illorum de te opinionem, DEUS per revelationem testari voluit. Ex religiosis enim cuidam probatę virtutis seni, quoties occurrebas, toties videbaris gestare intrà viscera lucidissimam lampadem

dem, radios de se diu noctúque emit-
tentem. *O ardeat hæc lampas in corde* Ignis a-
meo, quæ alio igne in te non alebatur, nisi moris
divini amoris! Quàm suavis foret, quàm Divini.
felix hic sol, qui longam, & molestissimã
hiemem, clariore tandem lumine serenaret.

B. NICOLAE Fagan: qui cùm atra
nubes hæreseos inciperet Insulas Bri- *Obijt*
tannicas funestare; in Hispanias trans- *anno*
fretãsti; sub Angelico candore nitenti- *1617.*
bus velis, felicius, quàm Anglicanis, ad
portum vitæ immortalis provehen-
dus. Inde tamen ad novos denuo la-
bores in patriam, jam Abbas, mox E-
piscopus Watterfordiensis, evocatus, *Ab hæ-*
zelo Apostolico te furori heterodoxo- *reticis*
rum objecisti: nec te à fervore lucran- *multa*
di Christo animas absterruere lapi- *susti-*
dum, ac fustium grandines, quibus in *nes.*
te sæpe, non sinè multo sanguine, ra-
bidi veritatis osiores, debacchabantur.
Post superatas tandem tot turbas te
placida mors, cum ingenti Catholicor-
um luctu, manibus impiorum in cœ-
lum subduxit. *Spem vitæ æternæ abjicit,*
qui patientiam. Ipsemet Dei Filius non per
aliã viã redijt in regnum suum: non a- *Patien-*
liã stravit eò illum sequi cupientibus. *tia.*
Sit ista frequens mea, non solùm meditatio,
sed etiam exercitatio: ac denique via ad
vitã, ubi nulla est patientia, nisi coronata.

H 2

B.

Floruit
anno
1240.

B. BERENGARIA, Regis Legionensis filia: quæ in monasterio Holgenfi, sub Cistercij legibus, per dignas regio sanguine virtutes, ad regnum felicius conscendisti. *Inter prima ad perfectionis studium subsidia numeratur, prudens aestimatio, & exinde sequi solitus rerum terrenarum contemptus. Sed quis illas tecum non flocci habeat, cum earum solus, quasi per somnium aspectus, nobis in hoc exilio concedatur?*

S. BERNARDUS, ser. 24. in Cant.

Non habem' hic per manē-tem civitatē.

Est ergo hoc habitaculum corporis nostri, non civis mansio, aut domus indigenæ; sed aut tabernaculum militantis, aut stabulum viatoris.



9. Martij. 7. Idus.

Obijt
anno
1130.

B. HENRICE, magni Othonis, Burgundionum Ducis, ac liberalissimi Fundatoris Archicœnobij Cisterciensis, magna quoque ac digna proles: qui difficilia illa recens instituti Ordinis principia minimè horrens, sed mundi delicijs præferens, te humiliter magisterio Divorum Alberici & Stephani submisisti. Sic Paupertatis titulo & ju-

re

re duplicem hereditatem adijsti: paternam (olim in Cistercium ab eo transcriptam) in terris: & alteram in cœlis; juxta Codicis Divini Textum clarissimum, affirmantem: Pauperum esse regnum cœlorum. *Utique Angelica Patrum Cisterciensium sanctimonia* generosissimum animum tuum movit; ut gloriosum titulum de toto mundo triumphantis, in aspera illa solitudine sectareris: facilius nempe, ac certius obtinendum ducatu humilis obedientiæ, quàm omni fastu in te heredem respicientis Ducatus Burgundiae. Impetra mihi à cordis mei primæ mobili ac motore Deo mentem generosam, qua nequissimum vitæ hæctenus meæ ducem, propriam voluntatem, non solum contemniam; sed è finibus regni animæ meæ prorsus expellam.

B. MARIA, sanctimonialis cœnobij Dunemarchensis: quæ nobilibus parentibus orta, cum esses pulchritudine corporis nulli fœminarum ea tempestate secunda; ne nuberis impari, litésq; importunas procorum uno ictu præcideres: nullius sponsi thalamum te dignum censuisti; nisi in quo illum solum amplectereris, cujus pulchritudinem sol & luna mirantur. Nec defuit castissimo hymenæo sua pompa solennis; dum Virginum Regina suscipiens

Odio
hostili
perse-
quenda
propria
volūtas

Vixit
circa
annum
1191.
Christi
eligit in
sponsū.

*Mariâ
illam
despon-
sante.*

*Judicis
quzrē-
da be-
nevolē-
tia.*

*Com-
punctio
duplex.*

cipiens Pronubæ personam, te Unigenito suo, arrhâ coronæ, ex lilijs & rosis contextâ, desponsavit. Unde quærens per noctes, quem unicè diligebat anima tua, tenebris usa es ad fugam, quâ clam parentibus ad sacrum Parthenonem te proripuisti. Ibi Dilectum pervigili virtutum studio investigare non cessasti; donec eum inveneris in vitæ immortalis aurora. *In gravioris momenti causis benevolum nancisci judicem, magna est felicitas. Quid ergo moror, quin totis viribus contendam, in negotio æternæ salutis, Judicem mihi conciliare amantissimum sponsum, solo nunc amoris, quo nihil facilius, pretio, emendum?*

S. BERNARDUS, ser. 56. in Car.

Duo sunt genera Compunctionis: unū in mœrore pro nostris excessibus; alterum in exultatione pro divinis muneribus: quoties sanè eam, quæ sinè angustia cordis minimè fit, peccatorum scilicet meorum facio confessionem, videor mihi cancellum, id est, angustio-rem aperire fenestram. Nec dubium, quin libenter per istam respiciat is, qui stat post parietem pius explorator: quia ser contritum Deus non despiciet.

10. Marij



10. Martij. 6. Idus.

B. JOANNES Passley, Abbas mo-
 nasterij Wallensis in Anglia: qui anno
 Neronianis illius Insulæ furoribus agi-
 tatus; tam in diuturna carcerum car-
 nificina, quàm inter subdola blandi-
 entium lenocinia, ac deniq; inter ma-
 nus tortorum, te in quatuor partes di-
 scerpentium, constantissimus Fidei as-
 sertor, candidum militiæ Cisterciensis
 vexillum, sanguinis tui gloriosâ pur-
 purâ pinxisti. *Pudore me suffundit tua*
in tam gravibus tormentis infracta con-
stantia. Non cruces & ferrum superan-
da mihi objicit tyrannus infernalis; sed
carnis blandimenta: rem nimirum, sicut
mollem, sic vinci facilem. Ah quoties ta-
men turpiter victus è prælio discessi! Id
ne deinceps fiat, tu juva pignantem.

Passus
1536.

Victo-
ria con-
tra ma-
lignum

B. CHRISTIANA, monasterij
 Nazarethani in Belgio sanctimonialis,
 cœlesti quadam eloquentiâ à DEO do-
 nata: qua scilicet præter innumeros a-
 lios, utrumque parentem, cum tota fa-
 milia, è sæculo ad Christi imitationem
 traxisti. Unâ cum quibus & piorum in
 terris cœctum, & in cœlis beatarum
 mentium numerum auxisti. *Utere &*

Circa
annum
1235.

nunc illâ potentissimâ suadâ: loquere ad cor meum; & vel hoc unum mihi identidem, per omnes rhetoricæ sacræ figuras intacta præparati- onis ad mortē.

dem, per omnes rhetoricæ sacræ figuras intacta præparati- onis ad mortē. Imminere singulis momentis mortem: eamque futuram vitæ conformem, inexplicabili terrore horrificam, si de præparatione incurius, melius experiem, si piè vitam duxero &c.

Obijt
anno
1570.

B. GELASI: qui in Hibernia tua, in qua longo tempore sanctum Abbatem egisti, occasui proximum fidei solem radijs miraculorum, ac virtutum diu sustentasti. At ubi tetra hæresis caligo orthodoxam lucem penitus oppressit; tu quoque oculos claufisti, ne fædas errorum tenebras cogereris aspicere. Ora, ut in vitæ meæ occasu lux lucis, & fons luminis, benignissimus Jesus, illuminet oculos meos; ne tunc obdormiam in morte, sed in vitam, quæ nescit occasum.

S. BERNARDUS, ser. 27. in Cant.

Anima
est cœ-
lum

Ego puto, omnem animam non modo cœlestem esse, propter originem; sed & ipsum cœlum posse non immerito appellari: habens solem, intellectum: lunam, fidem: astra, virtutes.



II Martij. 5. Idus.

S. MAMERTE, monasterij ad S. Pe- *Circa*
 trum in Hispanijs Abbas; Divi Do- *annum*
 minici, Prædicatorum Antesignani *1221.*
 (veluti cōstans traditio convincit) fra-
 ter germane, ejusque magnarum vir-
 tutum æmulator studiosissime: qui ri- *Corpo-*
 gida carnis maceratione, & spiritus *ris sui*
 exercitatione longum in hac vita du- *castiga-*
 xisti martyrium; breve tamen, si con- *tor ri-*
 feras cum ea, quam tibi comparasti, *gidus.*
 gloriæ corona. Sanctitatis tuæ fa-
 mam cum prodigia disertè per multa
 tempora deprecarent: sacra ossa, ju-
 bente Apostolica Sede, è tumulo ele-
 vata sunt: quæ pio cultu, magnoque
 suo solatio, plebs veneratur. *Stultitia* *Morti-*
 mundo, & carni insania videtur illa, qua *ficatio.*
 se homo de futuris sollicitus, sponte cruciat,
 afflictio. Tu fac, ne cum mundo insanire,
 sed tuum, & innumera sanctorum exem-
 pla sequi eligam.

B. JULIANE: qui postquam plu- *Floruit*
 ribus annis sub magni Ecclesiæ Docto- *circa*
 ris Augustini legibus vixisses perquam *annum*
 sanctè: sanctior futurus, sanctæ con- *1288.*
 gregationi Clarævallensi te associasti;
 & tandem non minùs excelsarum vir-

H 5

tu-

Lectio
sacra.

tutum, quàm doctrinæ famâ inclytus, ad sanctorum in cœlo consortium assumptus es. *Sonet ex ore tuo in auribus meis vox illa cœlestis, quæ primo Legislatori tuo fuit conversionis initium & stimulus: Tolle, lege. Legam nimirum cum profectus maiore in dies incremento, sanctorum Historias: neque alio fine, quàm ut ex ijs legam, eligam, imò sternam mihi viam ad eorundem beatitudinem.*

S. BERNARDUS, ser. 22. in Cant.

Histo-
riæ sunt
hortus.

Historiam ad hortum, puto, non immeritò deputavi: quòd in ea inveniuntur viri virtutum, tanquam ligna fructifera in horto Sponsi, & in paradiso Dei: de quorum bonis actibus ac moribus, quot sumis exempla, tot carpis poma.



12. Martij. 4. Idus.

Obijt
circa
annum
1380.

B. BERNARDE, monache Archicœnobij Cisterciensis: quod multis annis tuorum operum sanctitate, & strictissimâ traditionum paternarum observantiâ, ut prima vo spi-
atru

ritu ardens lucerna, illustrasti. Nec ardere simul ac lucere desisti; donec austeritas, absumpto vitali calore, vitæ mortalis lampadem extinxerit. *Studeam & ego esse lucernas abiciam opera te nebrarum, & induam arma lucis. Sint cogitationes & opera mea ubique talia, ut ea in publicum prodsci non formidem: memor illius magnæ diei, qua coram Iudice Deo inima cordis arcana proferentur in lucem.*

Opera
lucem
non ti-
meant.

B. GREGORI: qui in Asceterio Villariensi tantopere solitudinem amabas; ut ne oculos quidem extra mœnia emitteres: multo minùs cum homine sæculari colloquereris: ipsas deniq; cogitationes ita circumscripsisti, ut rebus transitorijs nunquam occuparentur. Prioris officio fungens, solo exemplo usus es ad persuadendam tibi commissis virtutem. Letali tandem morbo correptus, in ipso agone lætambundus exclamasti: *Video salutem meam! Quæ verba fuere præsentis vitæ felicissimus finis, & initium futuræ. Utinam cor meum, & caro mea exulient in Deum vivum! Tu, ô beate, averte oculos meos, ne videant vanitatem: sed videam tantummodo salutem meam, id est, salvatorem meum: hunc solum intuear, & per ejus sanctissima vestigia sequar.*

Floruit
Circa
annum
1271.

Mors
læta.

Christus
solus
præ
oculis
habedº.

Com-
patien-
dum est
conre-
gnare
volēti.

*Quàm pauci post te, Domine Jesu,
ire volunt! cùm tamen ad te perve-
nire, nemo sit, qui nolit. Hoc scien-
tibus cunctis: quia delectationes in
dextera tua usq; in finem. Et pro-
pterea volunt omnes te frui, at non
imitari: conregnare cupiunt, sed non
compati.*



13. Martij. 3. Idus.

Passus
anno
1536.

B GUILIELME Hadoc, monaste-
rij Wallensis in Anglia virtuose as-
ceta: qui verè expertus es, Insulam il-
lam in ferocissimo fluctuare oceano:
dum ab hæreticis comprhentus, pri-
mò Syrenum, te lenocinijs pervertere
conantium cantus, inde tormento-
rum charybdes, fortissimè superâsti.
Vices columnarum Herculis, Crux im-
plevit: in qua suspensus, & dilaniatus,
ostendisti, plus ultra tyrannidis sæviti-
am habere roboris, Patientiam Chri-
stianam. *Sunt & mihi posita duæ for-
midabiles Herculis columna: Mors, & Ju-
dicium: ab ora, ne ibi naufragium pariar.*

B.

B. S A N C T I A, Lusitanorum Re-
 gis filia: quæ divinis Christi amoribus
 ab incunabulis faucibus, omnem alium
 averfata es amorem. Cùm enim Fer-
 dinandus Castellæ Rex te in conjugem
 expeteret; animo plusquam foemineo
 respondisti: si fornax valido igne suc-
 censa, ac juxtâ thalamus sponsi terre-
 stris offerrentur, te sinè horrore flam-
 marum, illam præ hoc intraturam. Et
 ne de hoc animi tui decreto dubita-
 rent mortales proci; monasterium Cel-
 lense à fundamentis erexisti. Cujus æ-
 dificijs ad cacumen perductis; sacrum
 Cisterciense velum solennissimâ pom-
 pâ ibidem suscepisti. Exinde purpu-
 ram dabant flagella; monilium vicem
 subibant cilicia, & palcæ, quibus pro
 lectulo utebaris: mensam instruebant
 panis cibarius & aqua: quibus tamen
 parcissimè sumptis, miraculum erat vi-
 tam sustentari. Mirum in modum or-
 nabat hæc virtutum tuarum decora de-
 missio animi, ex fastigio regię stirpis
 illustriùs promicans. Crescebat interea
 in immensum cœlestis sponsi amor;
 qui caducam hanc vitam etiam violen-
 ter, si liceret, cupiebat abrumpere. Nec
 dubitavere medici; quin ille fervor, de-
 pasto naturali calore, breviorum effe-
 cerit vitæ periodum. Antequam verò
 hanc

Obijt
 anno
 1229.

Mascu-
 lus in
 regia
 virgine
 animus

Et vita
 tenor
 rigidus

humili-
 tas.

amor
 Dei.

*eius in
fine vi-
tae pro-
digia,*

hanc plorationum vallem desereres, per plura prodigia sanctimoniam tuam fecisti manifestam. Nam cum febre fatali decumberes; atque ex monialibus quædam, cancro laborans, te inviseret; eam à morbo liberam dimisisti. Alia simul à te osculum, simul amissam audiendi facultatem recepit: vix ulla sinè aliquo beneficio recessit. Tandem propinquare eernens diu expetitam mortis horam, Psalmos, qui pœnitentiales dicuntur, aliásque preces, coram te decantari iussisti. Ac dum illa verba pronunciarentur: Omnes sancti intercedite pro ea: purissimum spiritum placidè emisisti. Regium funus comitabatur, præter alia miracula, insolitus splendor, qui feretrum, donec terræ mandatum fuit, cum summa admiratione spectantium, ambiebat.

*Et post
mortem*

*Volun-
tas pro-
pta, ca-
ro in-
fima.*

Quis de cætero despondeat animum, ad heroicos virtutum actus aspirandi; postquam regium in te sanguinem tam profundè demissum, tenerimum corpusculum, par tantis afflictationibus, consideraverit? Tu infirmam in prompta voluntate carnem adjuva; Et gratiam impetra, ad te animosè imitandum.

*Conver-
sus año
1196.*

B. EUSTACHI: qui post transactam in dissoluta morum levitate juventam, precibus sanctæ matris tuæ I-

ve-

vetæ, ac terrifica visione, subitò fuisti
 conversus. Cùm enim salutis tuæ cu-
 râ susque deque habitâ, præcipiti cur-
 su in vitia prolabereris; ad iratum Judi-
 cis Christi tribunal trahi, & æternis
 tormentis addici: inde tamen in liber-
 tatem, ut pœniteres, restitui, tibi visus
 es. Quo terrore concussus, siquæ ulla
 cunctatione ad monasterium Trium
 Fontium, præteritæ vitæ sordes ablu-
 turus, properâsti. Tres maximè fontes
 in salutis recuperandæ stimulos adhi-
 buisti: nempe jam per visum notam
 justissimi Judicis severitatem, quæ ob
 oculos oberrabat: dein Divinam boni-
 tatem, nunc ad misericordiam tam fa-
 cilè, at deinceps nullo remedio infle-
 ctendam: denique inæstimabile discrimen
 inter damnatorum, & electo-
 rum, utrobique æterna, vel supplicia,
 vel gaudia. Hi excitavere in te tam
 uberem lacrymarum fluvium: ut eo
 nitidissimè ab omni macula deterfus,
 securè frontem jam benigni Judicis a-
 spexeris. *Eundem saluiferum mihi ter-
 rorem incute, qui ex inferno eduxit ani-
 mam tuam. Sonet semper in auribus meis
 tuba terribilis: Moriendum est. Deus est red-
 denda ratio: quam in momento sequetur
 sententia felix aut tristis, æternùm non re-
 vocanda. &c.*

*Lubri-
cè vivit*

*visione
terre-
tur,*

*stimuli
ad pœ-
nienti-
am.*

*Novissi-
morum
memo-
ria.*

S. Ber.

S. BERNARDUS, ser. 12. de divers.

Fili, memorare novissima tua.

Consi-
deratio
4. no-
vissi-
morum

[Eccl. 7.] Recole primordia; attende media; memorare novissima tua. Hæc pudorem adducunt, ista dolorem ingerunt, illa metum incutiunt. Cogita, unde veneris: & erubescere: ubi sis; & ingemisce: quo vadas; & contremisce.



14. Martij. Pridie Idus.

Passus
anno
1208.

Primus
hæreti-
cæ pra-
vicitatis
Inqui-
sitor.

S. PETRE de Castro novo: qui in monasterio Fontis-Frigidi adolescens cuculla Cisterciensi amictus, morum integritate, & eruditionis claritate, eam adeptus es nominis celebritatem: ut Innocentius II. novū hæreticæ pravitati castrum oppositurus, super te, velut petram solidissimam, PRIMA Sacræ Inquisitionis fundamenta posuerit. Cujus autoritate per Vasconiam, & Narbonensem provinciam reos ad publicè erectum Tribunal intrepida potestate compellens, aut Justitiæ severo, aut mansuetudinis clementi remedio, à pestifera lue magnā
illi.

illius regionis partem repurgasti. Ut
 verò tanto amplior accresceret in celo
 laborum merces; Apostolici muneris
 dignitatem martyrij palmâ cumulasti. *Marty-*
 Ab impijs enim hostibus in odium Fi- *rio affi-*
 dei lanceâ transfossus, promptè ani- *citur.*
 mam tuam pro inimicis ponens, pro
 iisdem quoque DEUM orasti: dum
 nefario percussori hæc ultima verba *Deum*
 dedisti: *Indulgeat tibi Deus, frater, nam* *pro per-*
& ego tibi indulgeo. Corpus tuum cùm *cussore*
 post aliquot annos in aliud templum *orati.*
 transferretur, repertum est incorru-
 ptum, ac miræ suavitatis odorem de se
 spargens, multis prodigijs corusca-
 vit. *Doce me nullas sentire injurias; nec* *Injuriam*
pro injuria quidpiam accipere. Sed si quid *condo-*
fortè obtingat adversi, illud agnoscere ut *nandæ.*
debitam peccatis meis pœnam, quibus heu!
quoties in Deum, summum benefactorem
meum, injurius fui.

B. P E T R E , Abbas monasterij S. Florii
 BERNARDI Sineronensis: qui post circ. añ
 sanctissimum, ac propè sæculare regi- *1200.*
 men, emeritam ad cœlos animam e-
 misisti. *Ora pro me, ut hoc brevissimum*
iter viæ meæ, demeritorum onera cautè
vitando, multa autem merita sollicitè colli-
gendo, feliciter percurram.

B. CAROLE à S. BERNARDO, *Obijt a.*
 monache Cisterciensis ex sacra Con- *1621.*

gre.

gregatione Fulienſium, vir Angelicæ puritatis, & fundator nobiliſſimi monaſterij Fontanenſis, quod de liberalitate Regis Chriſtianiſſimi, Fontanis, natali Caſtro S. P. BERNARDI, ampliffimè conſtruxiſti. Cæterùm quamvis laborum aſſiduitas, & tenerrima corporis conſtitutio, graves tibi morbos afferebant: ij tamen te nec à vitæ rigore, & orandi ſtudio retardare, nec ullum doloris indicium à te exprimere valebant. Vitæ innocentia, quàm fuerit incorrupta, in ultima exomologiſi medicus ſpiritualis invenit, teſtatus, nullius gravioris noxæ ream à cunis fuiſſe conſcientiam tuam. *Exora mihi Agnum immaculatum, qui tollit peccata mundi, ut pro ſua in graviffimos etiam peccatores clementia, projiciat poſt tergum ſuum omnia delicta juventutis meæ. Auferat deinde à me cor perverſum, & creet in me cor mundum, cor, in quo non inveniunt puriſſimi ejus oculi, quod reprehendant.*

Domus
natalis
S. Ber-
nardi
traſu in
mona-
ſterium
anno
1616.

Cor
n un-
dum

S. BERNARDUS, ſerm. 31. de divers.

Exclu-
dendæ
cogita-
tiones
malæ,

Oportet ergo, ſi mundas conſervare volumus animas noſtras, adhuc longè abſentibus cogitationibus hujusmodi magna indignatione occurrere, &

ex-

exsufflare à nobis, ut nullus eis detur accessus.



15. Martij. Idibus.

S RAYMUNDE, Abbas Fiterij: qui *Obijt*
 peractis inter literas juvenilibus an- *anno*
 nis, Canonicis in urbe Turasionensi *1163.*
 adscriptus; ut vitæ innocentiam sub
 tutiore scuto servares, sub umbra clau- *Ex Ca-*
 strali Ordinis Cisterciensis in monaste *nonico*
 rio Scalæ Dei latere, & orbi ignotus *fit mo-*
 esse voluisti. At alia sunt hominum, ac *nachus*
 Dei judicia. Non potuit diu delitescere
 fulmen, quo ferocissima Maurorum
 gens aliquando ex Hispanijs erat pro-
 fliganda. Contigit ergo, ut Abbas pro
 Ordinis consuetudine, tunc admodum *Emitti-*
 frequenti, novas sedes emittendis in *tur in*
 regnum Castellæ monachis quæreret. *regni*
 Huic operi tu unà cum Durando desi- *Castellæ*
 gnatus, primò pedem in monte Yerga
 fixisti. Cùm verò locus propter ade-
 undi difficultatem monasterio non fa-
 tis foret idoneus; post annuam mo-
 ram ad vallem, cui Nienzabas nomen, *Fiteriũ*
 inde Fiterium migrasti: ditionis illius *condit.*
 domino monasterium protinus ad vò-
 tum construente; dotémque addente
 Al-

*Mauri
Calatravæ
immi-
nent:*

Alphonso rege. Quo fatis raptò, successoris Sanctij juventutem despicientes barbari, ingenti exercitu Calatravæ imminebant: ita ut illam, etsi munitissimam, propugnatores, Templarij milites, nondum conspecto hoste, deseruerint. Tu intereà Durando Abbatì succedens, ac negotiorum causâ Toletum delatus, Calatravæ defensionem, annuente & gratulante rege, in te recepisti. Suaferat id maximè Didacus Velasquez; strenuus quondam regis Alphonso miles, & tunc Fiterij monachus. Igitur scripta, vel (ut plerique arbitrabantur) divino potius ductu coalescente, valida manu, non solum Calatravam tenuisti innoxiam: sed insuper barbaros, nec obsidionem, nec pugnam ausos, insectatus, victricia per totum regnum arma circumferens, hostium vires adeò attrivisti: ut plurimas magni nominis urbes arcésque in tuam potestatem redegeris. Admirante Hispania, quòd, rebus planè desperatis, pauperculi monachi, in munimentum non tam sui regni, quàm orbis Christiani, repente assurrexissent. Ne autem tam nobile genus militiæ cum tempore dissolveretur: leges, quibus parèrent, eà prudentiâ moderatus es; ut cucullati milites, & contra principi-

*quos
fugat,*

*& captarum
urbium
spolia
repor-
tat.*

*Leges
militiæ
condit.*

pena

pem tenebrarum oratione ac spiritu, & contra concolorem dæmonibus gentem ferro præliarentur. Et hæc est origo Militiæ sacræ Equitum de Calatrava: quæ innumeris de Mauro hoste victorijs inclyta, gloriosam nominis sui famam ad hanc usque nostram ætatem propagavit. Rebus denique per omnia saluberrimè constitutis, subrogatòque alio, quem venerarentur, duce, tu vitæ annos residuos solitariae pietati impendisti: qua tibi viam ad æternos victoriarum triumphos aperires. Quorum appendix quædam fuere prodigia; quæ obitum tuum, velut de subacta etiam morte manubiæ, sequebantur. Excepit eadem pompa sacri corporis translationem: quam hac die factam esse, fide majorum fati comperitum est. *Vulgare proverbium est: Ne Hercules quidem contra duos. At tu illo major, de duobus infensissimis ac fortissimis hostibus erexisti trophæa. Sufficiet mihi, si, te mecum pugnante, invisibilem inimicum ita perdomuero; ut mors mea sit de illo subactò triumphus.*

Origo
Militari
Ordinis
Equitum
de Calatrava.

Miracula
post
mortem

Victoria
de
hoste
invisibili.

B. JOANNES: qui hanc miserijs, Floruit
& malis scatentem mundi vallem de anno
ferturus, prudens arripuisti consilium, 1139.
dum ad Bonam Vallem, Cisterciensis
Instituti monasterium, descendisti: ubi

san-

190 ANNI CISTERCIENS.

sancti Hugonis Abbatis paterna institutione, docilem ad omnes disciplinas animum tam feliciter excoluisti: ut e-

*Tyronum
insignis
magi-
ster.*

rudieendis tyronibus præfectus, tot ferè post te reliqueris magistros, quot discipulos acceperas. Nec opere segnius quàm verbo docebas. Cura prima erat, corpus severa castigatione ad fundum suæ vilitatis ac servitutis deprimere: ut ab illo pondere sublevatus spiritus, nativa libertate ad suum principium elevaretur. Atque ex hac po-

*Præscit
mortis
horam.*

tissimum scientia didicisti feliciter instantem tuæ, & confratris Mauritiij horam. (nam simul obiistis) mortis horam.

*Præparatio
ad
mortem.*

O scientiam supra omnes alias fortunatissimam! quam eviamsi assecuturum me, non ausim sperare: hoc tamen obnixè rogo, ut doceas me per singula momenta sic vivere, quasi proximo quoque moriturum.

S. BERNARDUS, ser. 20. in Cant.

*Gemitus
animi
pœnitentis.*

Inclina tibi, Deus, modicum, quod in me dignatus es esse: atq; de mea misera vita suscipe, obsecro, residuum annorum meorum. Pro his verò, quos vivendo perdidi, quia perditè vixi, cor contritum, & humiliatum, Deus, non deficies.



16. Martij. 17. Cal. April.

B. HUGO Abbas Bonæ-Vallis: qui *Obiit*
 ex nobili familia de Castro novo *anno*
 genus ducens, stadium literarium Lu- *1183.*
 gduni absolvisti. Cùm autem aliquan-
 do liberioris auræ gratiâ in campos e-
 gressus, in vicinia monasterij de Mira- *Ex pio*
 torio, in Conversum greges pascentem *Conversi*
 fortuitò incidisses; & is de rebus cœle- *collo-*
 stibus, earúmque æternitate piè disse- *quio*
 reret: illum mox ad cœnobium secu- *ad Or-*
 tus, simplicissimi illius præconis verba *dinem*
 tam altè animo impressisti; ut virtu- *trahi-*
 tum tuarum famâ motus mellifluus P. *ur.*
 BERNARDUS, non supersederit, te
 suavissima epistola commendare, &
 in proposito confirmare. Ex qua quos
 fructus decerpseris, non Miratorium *Abba-*
 duntaxat tuum, sed & Leoncellium *tem*
 suspexit, quòd te in Abbatem adopta- *conse-*
 vit: munus Benedictionis solennis im- *crat S.*
 pertiente tibi Alexandro III. ipsomet, *Pont.*
 qui tunc in Monte Pessulano moraba-
 tur. Sed invidit alijs gloriam suam Mi-
 ratorium. Quamobrem te revocatum
 habenas propriæ domus jussit capefle-
 re. Mirè celebria fecit, illustre aliàs, &
 propè divinum regendi donum, pro-
 digi.

*Miracula
innu-
mera
patrat:*

*absen-
tium re-
rum
notitiã
habet
divini-
tatis.*

*Cæli, &
filiorum
amor
inter se
certat.*

digiorum innumerabilis multitudo. Nam quidquid tui corporis cōtactus sa-
craverat, erat contra morbos antido-
tum: ita ut nec saliva careret hac mira-
bili virtute: qua alius intestinorum ru-
pturam, alij alias ægri tudines depelle-
bant. Quæ procul fiebant, tibi erant
non minùs perspecta, quàm si coram
te præsentem accidissent. Id inter alios
suo bono expertus quidam moribun-
dus, qui jamjam victas maligno ma-
nus dabat; nisi tu, relictã mensã, tem-
pestivè accurrens, periclitanti opem
tulisses. Serviebat tibi hæc rerum ab-
sentium notitia haud parum ad con-
servationem disciplinæ: dum ex seria
correptione fraudulentem negligentem,
ac divina ultione obmurmurantibus
inflicta, palam fuit, nihil, te ignorante,
mali committi posse. Jam te gravis æ-
tas vicinæ mortis admonebat: cum in-
gens in corde tuo duellum exortum
est: filiorum charitate, quasi injectis
compedibus, discessum morante: & è-
contrario cœli amore omnem dilati-
onem averfante. Utriusque desideria
tamen Divina bonitas ad tempus im-
plevit: quæ te per raptus introduxit in
atria Domini; donec cælestis de terre-
no amore triumphans, tibi viam in
intima gaudiorum æternorum adyta
fe-

feliciter aperuit. *Cælestis illa scientia, qua secretas tuorum actiones inspiciebas, utiliter illos pio metu intrà limnes religio- se probitatis continebat. At ego, licet Deum, de qualibet cogitatione rationem exacturum, sciam mihi ubique esse præsentem, quàm parum hæctenus reverius sum! ah! ora, ne id ultrà fiat.*

B. GUMARE: qui post exploratam vitæ sanctimoniam, in Villario non fucatè exercitam, sanctimonialibus Cameræ B. MARIÆ in conscientia arbitrum datus; easdem pijs- simis monitis ad sectandam perfectionem instruxisti. B. Aleidi fueras præ cæteris familiaris & notus: quæ tuis pietate & prudentia plenis consilijs plurimùm se profecisse testabatur. *Impetra mihi spiritum genuinæ Contritionis: ut semper ante obeundam peccatorum confessionem, non metu pœnarum; sed puro dolore ob offensus Summum Bonum, detester peccata mea: sitque hæc ipsa ex filiali amore nata cogitatio felix vitæ meæ clausula.*

B. CONSTANTI: qui animi levitate, & fraudibus maligni seductus, tertio suave jugum sacri Ordinis abie- cisti. Ad meliorem denique mentem te melliflua BERNARDI bonitas reduxit: quam corde verè compuncto amplexus, vitam suprà, quàm credi potest

TIMOR
DEI.Iloruis
circa
annuo
1242Spiritus
com-
puncti-
onis.Obij
anno
1129.

*Seria
pœnitē-
tia apo-
stata.*

test, rigidam inſtituiſti. Acuebant do-
lores ſponte accerſitos morbi: qui te
non affligere, ſed ſolummodo alere &
augere patientiam videbantur: adeò
promptus ad omnia perferenda ani-
mus, in ipſo etiam ultimo agone im-
mobilis ſtetit; imò & hilaris: nam luce

*Cantās
mori-
tur.*

cœleſti tunc ſubitò interiora tua illu-
minante, dulciter cantans, homo ca-
nendi omnino imperitus, animam ef-
flaſti. Hujus tuæ felicitatis panegyri-
ſten habuiſti, ipſum quoq; lætiſſimum,
BERNARDUM, qui te velut ſpecu-
lum omnibus pœnitentiâ indigenti-
bus propoſuit. *Obverſetur & meis ocu-*

*Pœni-
tentia.*

*lis hoc ſpeculum. Ubi ſe multa rebellionis
ream intuebitur propria voluntas: excuſſo
Voluntatis Divinæ ſuaviſſimo jugo, millies
abdicatam libertatem, per ſummum ſacri-
legium ſibi peccando arrogans: & diſcet
utique, tantum nefas dignis, tum animi,
tum corporis doloribus vindicare.*

S. BERNARDUS, ſer. 38. de divers.

*Sensus
peccati
aufert
ſenſum
doloris
externi*

*Quisquis perfectè ſenſerit onus pecca-
ti, & animæ læſionem; exteriorē
utiq; aut parum ſentiet, aut ex toto
non ſentiet corporis pœnam: nec repu-
tabit laborem, quo peccata noverit de-
leri præterita, futura caveri.*



17, Martij. 16. Cal. April.

B. GERTRUDIS: quæ regio Tre- *Vixit*
 biniaci monasterio, à sancta matre *circa*
 tua Hedwige constructo, præfecta, de *annum*
 liciarum summam in humilibus & de- *1230.*
 spicatissimis functionibus posuisti: qui-
 bus fatigata, non aliam tibi requiem
 indulxisti, quàm in contemplatione re-
 rum cœlestium. Cui mentis elevati-
 oni, ad sublimia identidem evolanti,
 felix è sideribus echo miraculorum, &
 revelationum divinarum, continuò re-
 spondit. Quarum ultima, simulque
 fortunatissima fuit, qua te Virginum
 sponsus, visibili forma apparens, intro-
 duxit ad nuptias. *Animi demissionem* *Humi-*
omnes in sanctis laudamus & veneramur, *litas.*
imitamur paucissimi. Tu preces admove;
ut per ejus gratiam mereamur esse, quod
optamus, qui solus est dator talium dono-
rum.

B. CONRADE: qui cucullam re- *Obijt*
 ligiosam in Claravalle, dignius tuo ca- *anno*
 pite diadema existimans, quàm Du- *1525.*
 catûs Bavarix: per egregiarum virtu-
 tum gradus ad perfectam cum vita
 Servatoris conformitatem anhelasti.
 Quam ut per sensus quoque externos

*Pala-
stinam
visitat.*

*Imita-
tio
Christi.*

proveheres altiùs, impressa Terræ san-
ctæ Christi vestigia venerari cupiens,
illuc iter suscepisti. Ex quo reversus,
ut peregrinus & exul obires, Barris de-
functus es; inquilini saltem juribus per
sepulturam vendicatis apud amantis-
simos cives Clarævallis. Omnibus Chri-
stianis proposita est ad imitationem san-
ctissimæ Christi Domini vita: ipso nos dul-
citer promissione æternæ retributionis in-
vitante ad se unicè sequendum: maximè
verò religiosis hæc incumbit cura: in quo-
rum moribus vivam Servatoris imagi-
nem intueri se vulgus arbitratur. Tu me
pigritantem excita: ut tandem aliquando
non solùm, ut hæctenus, frigidè velim, sed
fervidè faciam.

S. BERNARDUS, ser. 14. in Cant.

*Legen-
dum, ut
imite-
mur.*

*Quid facit oleum in vasis, si non
sentias & in membris? Quid tibi
prodest, pium Salvatoris nomen lectis-
tare in libris, nec habere pie-
tatem in moribus?*





18. Martij. 15. Cal. April.

B. CHRISTIANE, sanctissimo-*Floruit*
rum Patrum BERNARDI, & *anno*
Malachiæ alumne. A quorum poste- *1138.*
riore in Claramvallem deductus, & ab
illo ad omnem pietatem informatus
es. Inde in Hyberniam tuam remissus,
& ad regimen monasterij Melli-
fontis admotus, utriusque magistri mores in
vita tua ad vivum expressisti. Quam
tuam sanctimoniam consecuta est in-
credibilis abūdantia filiorum, numero,
eruditione, & pietate clarissimorum.
A quibus abstractus, & throno Episco-
pali impositus, utriusque gregis curas
maxima cum laude in ultimam sene-
ctutem sustinuiſti. *Communis opinio est,*
ignavos esse discipulos, qui sub magni no- *Docili-*
minis magistris parum proficiant. Tu me *litas in*
docilem redde; ne mihi, qui ūsdem magi- *discen-*
stris me subesse glorior, inertia ac stupidi- *do.*
tas exprobrari aliquando pessit.

Venerabilis Mater CATHARINA *Circa*
Pæz, cœnobij S. Spiritūs de Olmedo *annum*
Abbatissa, raræ sanctitatis scœmina: *1570.*
quæ hoc mortalitatis exilium relictu-
ra, in ipso ad patriam transitu, unam
filiarum, quam Christo in S. Ordine

*Epur-
gatorio
animā
liberat.*

*Ignes
purga-
torij,*

genueras, è purgantibus flammis ere-
ptam, tecum in cœlum duxisti. Occur-
re & mihi in vitæ meæ januis, tuisque me
meritis protege, ne in manus infernalium
tortorum incidam. Fac, ut non tantùm stu-
deam effugere æterna damnatorum incen-
dia; sed etiam è petra contriti cordis peren-
nes elicere lacrymas; quibus piaculares
flammæ, si non extinguantur, saltem miti-
gentur.

S. BERNARDUS, ser. 28. de divers.

*lacry-
mis
nunc
redi-
mendi.*

Quidquid nunc parvipendendo trans-
imus, palpando tegimus, dissimulando
negligimus; quanto illic cruciatu vin-
dex flamma consumet! Utinam ma-
gis nunc daret quis capiti meo aquas,
& oculis meis fontem lacrymarum!
Fortè enim non reperiret ignis exu-
rens, quod interim fluens lacryma
diluisset.



19. Martij. 14. Cal. April.

*Anno
1250.*

B. ALEIDIS, dulcissima genitrix
melliflui Patris BERNARDI: cu-
jus ossa hac die ex Æde Divi Benignⁱ
Di-

Divionensis, ubi per 145. annos quieverant, in Clarāvallem translata, sanctissimeque familię adjūcta sunt. *Comēda me dilecto filio tuo Bernardo, eundemque ora; ut pro sua, plusquam humana in formandos potestate, dignetur talem animo meo formam inducere, quę illi conformis sit, quam ille à te acceptam. toti terrarum orbi tradidit imitandam.* **Animi reformatio.**

S. ABUNDE, verè secundum nominis etymon, abundans benedictionibus dulcedinis, quibus te DEI bonitas prævenit. Vix enim duodecim ætatis annos impleveras; cùm jam duodennis JESU imitator innocentissimus, parentum imperio ad nutum obsequi, & nullibi frequentiùs, quàm in domo Domini morari, gaudebas. Ibi coram sacris imaginibus geniculans, totas horas immobilis in oratione hærebas. Corpus & suapte natura, & annorum imbecillitate tenerum, pro nocturna quiete, non in plumas, sed super rude saxum projiciebas. Cùm sodales tui puerilibus crepundijs tempus tererent; tu seriò in sacris ædibus JESU in Cruce pendentis clavos, & vulnorum cicatrices amplectens, hauriebas in gaudio delicias tuas de fontibus Salvatoris. Hęc erant tibi parvulo magnarum virtutum præludia. At ubi

Floruit circa annum 1228.

Adultæ in puero virtutes.

Crepundijs locis, amat arma patientis Christi.

300 ANNI CISTERCIENS.

venit plenitudo ætatis, cuique ex parentum consensu potestas; florentem tunc sanctitatis hortum, Villariense

*Ange-
lis uti-
sur fa-
milia-
rissimè.* cœnobium, petijsti: locum scilicet aptissimum, cui innocentiaæ tuæ lilium insereres. Cujus odore acciti cœlestes spiritus, elegantissima corporum specie vestiti, tam familiariter tecum agere conspiciebantur; ut jam in ipso tyrocinio Angelus terrestris audires. Nec minùs hunc florem deperibat

*B. V. ei
frequè-
ter ap-
paret:* Fons puritatis M A R I A; quæ te per quotidianos raptus ad suæ pulchritudinis contemplationem admittebat. In cujus admiratione aliquando inter psallendum defixus, cùm Antiphonam à te ex ordine modulandam ommitteres; ipsamet Diva Tympanistria vices tuas supplens, in habitu Cisterciensi spectabilis, id, quod tibi præscriptum erat, tua voce decantavit. Obsignavit deinde suam in te benevolentiam tali amoris sigillo, quo majus ex-

*ejus vi-
tes agi-
in cho-
ro;* petere ausus non fuisses: dum te post impressum dulcissimè osculum, ad se quoque dissuaviandam invitavit. Post quem favorem obstupescendâ deinceps confidentiâ in M A R I A M usus, quidquid optaveras, ab illa accepisti: sed, quod penè fidem superat, vel tunc humilitatis magistrâ, quasi non sua

*recipit
ab illo
osculū:* tibi

*multis
favori-
bus eū
donat.*

tibi dona largiretur, omnia tuis precibus à DEO volebat impetrari. Si animæ fuerant è supplicijs piacularibus eximendæ; ipsa te docuit, quas celerius per tua suffragia decrevisset juvandas. Si è suis sordibus scelerati erant extrahendi; rursus illa te instruxit, quinam in altiori periculo fluctuarent. Id suo bono expertus est è cõsanguineis tuis; qui tam morti, quàm æternæ damnationi ex desperationis quadam amentia proximus, tibi debuit, quòd meliori mente receptâ, & purgatâ confessionis remedio conscientia, feliciter decesserit. Parem huic salutis suæ debitorem habuisti quendam novitium: cui quammox ad vomitum redituro, pœnitentiam simul ac perseverantiam cœlitus attulisti: gratulante identidem Virgine Matre efficaciam tuarum precum, Divinæ majestati tam acceptarum. Ex qua cùm quæreret, quisnam ipsi modus orandi præ cæteris placeret: varias tibi formulas dictavit, quas statutis temporibus eam veneraturus recitares. In his primariò tibi commendavit encomia, quæ illam titulo Deiparentis honorarent. Non potuerunt non accendere invidiam averni tot effusa in te siderum charismata, quin sua in te arma expediret, quibus

*Ani-
mas ex
Purga-
torio li-
berat.*

*Despe-
rais
succur-
rit.*

*Maria
illi for-
mulas
orandi
dictat.*

*Bellum
illi mo-
vet in-*

*fernalis
inimicus:*

*quem
heroicè
vincit.*

*Raptus
sublimis.*

*Modus
salutã
di Ma-
riam,
quem
ipsa di-
ctavit.*

expugnandam candidæ mentis puritatem credebat. Verùm in pectus adamantinum sua tela vibravit turpissimus lanista: quæ tu cum ipsius (si tamen erubescere nôsset) pudore tanto impetu detorsisti; ut te multis victorijs inclytum porrò laceffere desierit. Pæana cœlum accinuit: atque in fortitudinis præmium tibi supra Seraphinos raptus, altissimum SS. Trinitatis mysterium, submotâ ab oculis tuis omni humanæ infirmitatis caligine, concessit intuendum. Rara felicitas: quòd mortalis aut videre DEUM merueris; aut aliquid sanè, in quo ipsum vidisse diceris. A tam nobili spectaculo reducem tam vehemens invasit terræ fastidium; ut nullam ultrà consolationem inveneris, nisi in lacrymis, & suspirijs, ad gustata gaudia anhelantibus. Inter quos gemitus, non alio morbo, quàm amore divino languidus, suaviter expirâsti. *O si & ego discere ex te mererer, dignis precibus venerari Matrem Dei immaculatam! Imitabor saltem, quanta poterò devotione, in repetendo frequenter hoc brevi illius elogio, quod hisce verbis è sacratissimo illius ore accepisti. [Ave Maria gratiã plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Jesus Christus: & omnia membra*

bra tua benedicta. O pulcherrima inter mulieres! Spiritus sanctus supervenit in te, & virtus Altissimi obumbravit tibi: ideòque, quod natum est ex te sanctum, vocatum est Filius Dei. Beatus venter, qui te portavit, Jesum: & beata ubera, quæ lactaverunt Dominum, & Salvatorem mundi.]

*Circa
annum
1190.*

B. EMEBERTE: qui ad Claram-
vallem juvenis deductus; quàm san-
ctum locum incoleres; pietate morum
& vitæ innocentiam ostendisti. Gravis
ac diuturnæ ægritudinis molestias tan-
ta æquitate pertulisti; ut tibi compati-
ens Christus visibilis apparere, tuos le-
nire dolores, & tandem de labore ad
requiem dulcissimis verbis vocare di-
gnatus fuerit. Decipit seipsum, qui sine
labore & molestiis putat, patere ad cælos
viam. Qui ipsos solo Verbo condidit, per
idem Verbum demonstravit; spinis consi-
tam esse, non rosis, nisi quæ sanguine via-
toris ruberent. Hac veluti non ignoro: ita
deinceps gaudebo; cum patiendi materiam,
id est infallibilem salvis tramitem videro
pedibus meis substerni.

*Chri-
stus æ-
grum
solatur*

*Spino-
sa est
via ad
cælum.*

S. BERNARDUS, ser. II. in Cant.

*Memento, te etsi de nihilo factum?
non tamen de nihilo redemptum. Sex
diebus condidit omnia, & te inter*

*Discri-
men re-
deptio-
nis, &*

creati-
onis. *omnia. At verò per totos triginta
annos operatus est salutem tuam in
medio terræ.*



20. Martij. 13. Cal. April.

Floruit
anno
1171.

Paupe-
rum a-
mator.

Frater-
na cha-
ritas.

BHUGO, Abbas Nucariæ in Sicilia:
ad quod monasterium construendum ex Hispania transfretasti. Quæ sanctitate vitam traduxeris, etiam his temporibus produnt miraculorum beneficia, quæ tuis suffragijs incolæ consequuntur, cum ad sepulchrum tuum supplices procumbunt. De reliquo celeberrimi nominis famam, adhuc inter mortales degenti, peperit paupertatis, & pauperum amor; quibuscum omnia habebas communia: illos fratres appellare, atque ut talibus miræ demissione animi servire solitus. *Docce me fraternæ charitatis regulam semper habere præ oculis: ut sincerus cum externa conversatione animus sinè simulatione conveniat. Sim humilis absque fictione: tristis sinè abiectione: patiens sinè contradictione: verba & facta sinè proximi offensione.*

Flor. añ
1201.

B. THOMA: qui Villarij unà cum duobus fratribus germanis, ac paren-

te

te, omnibus sanctimoniâ claris, fideliter famulatus, tam in vita, quàm post mortem multa patrâsti miracula. *Ora Deum, ut mihi det gratiam filialis erga se amoris: & promptum animum, diu notâque illi fideliter serviendi.*

B. EBRARDE, Comes Montensis: *Floruit anno 1131.*
 qui cùm in quodam conflictu majorem, quàm post optaveras, stragem hostibus intulisses; pœnitentiâ ductus, sanctorum Petri & Pauli, ac D. Jacobi SS. liminibus devotè visitatis, in rustica villa Morimundensis cœnobij villa, opilionis vilem personam induisti. Tunc sanè DEO proximus, cùm à tuis remotissimus ageres. Ditiore, quando porcus à te, quàm inter delicias corpus pascebatur. Tum denique te vel maximè inveniebas, ubi omnino amissus credebarris à tuis. Verùm non longo temporis intervallo ab ijs agnitus, & ad repetenda fortunæ bona rogatus, non priùs redire acquievisti, quàm assumpto religionis habitu, nova sacræ militiæ castra in patrijs ædibus metareris: amplissimum nempe molitus es monasterium: in quo ad reparandam quodammodo hostium cædem, tot ad meliorem vitam revocarentur, quot olim tua manu ceciderant. *Fac, ut nunquam porcos pascam; id est, infernalium monstra*

Floruit anno 1131.

SS. liminibus devotè visitatis.

Opilionem abigit:

à suis agnitus ad propria redit, et cœnobium cõstruit.

Cibus
dæmo-
nis pec-
cata.

paleis ac sordibus peccatorum; quibus scilicet illa delectantur: sed pascam Angelos pane lacrymarum, quo illis gaudium, mihi verò illorum aliquando in cœlis consortium pariam.

S. BERNARDUS, ser. 12. de divers.

Miseria
homi-
nis è
summo
felici-
tatis
gradu
ad be-
stias de-
trusi.

Erubescere, quòd pro consortio Angelorum, consortium sortitus es pecorum; non modò in necessitatibus corporis, sed etiam in affectibus cordis. Cum jumentis partiris cibum terræ, quia panem Angelorum, panem fastidisti cœlestem. Non solùm autem, sed etiam, quod pejus est, in recto corpore curva est anima: & in corpore manet humanæ animæ similitudo, in anima verò bestiali similitudine mutata est similitudo Dei.



21. Martij. 12. Cal. April.

Ordini
dat ini-
tium año
520.

S. BENEDICTE, Protopatriarcha Sacri Ordinis Cisterciensis. Tibi hodierna die solenne festum omnes filij tui (quorum numerus uni DEO cognitus est) tam in cœlis tecum trium-

um.

umphantes, quàm in terra sub sanctis-
 simis Legibus tuis militantes, concele-
 brant. Qui acceptam à parentibus no-
 bilitatem profapiæ atque indolis, in e-
 ruditionis arce Romanæ urbis ita ex-
 coluisti: ut primam scientiarum altis-
 simè jam puer imbiberis, contemptum
 mundi. A quo utquam longissimè ab-
 esses; penè extra orbem in obscuro spe-
 leo diu latuisti: Romani monachi, u-
 nicè consiliorum tuorum consciij, libe-
 ralitate vitam sustentans. Annonam
 tamen, ab illa charitate porrectam, in-
 tercipere conabatur invidia serpentis,
 qui primam hominis innocentiam gu-
 læ vitio corrupit. Charitate tamen in
 hoc primo duello palmam reportante,
 alio stratagemate usus, pretiosum vir-
 gineæ puritatis thesaurum a vernali fa-
 ce succendere tentavit. Sed tu novo
 pugnandi genere, ut hostem sterneres,
 arma in temet stringens, tamdiu cor-
 pus senticeti aculeis laceravisti: donec
 nesciret insidiator, lilijs, an rosis irasce-
 retur: cùm innoxia inter spinas lilia ef-
 florescere, frendens conspiceret. Cùm
 deinde virtutum ac prodigiorum lu-
 mina paulatim ad altitudinem hori-
 zontis meridiani emergerent, à vicinis
 monachis, hunc solem sibi adoptanti-
 bus, in Patrem rogatus, salutifero Cru-
 cis

*Juve-
nis*

addiscit

mundi

contem-

ptum:

gemino

prælio

vincit

huma-

ni ge-

neris

hostem.

Abbas

eligitur

cis, quam venenato poculo imprime-
 bas, signo effecisti, ne parricidium per-
Cōstruit petrarent. Rursum in melioribus filijs
12. mo- fœcundus, innumeras classes in duode-
naste. cim asceteria, quasi totidem castra
ria. partitus, novum religiosæ vitæ Capi-
 tolium crexisti in vertice montis Cas-
 sini: quem Gentili superstitione extur-
 batâ, & relegatis ad suas tenebras dæ-
 monum simulachris, Divis cœlitibus
 consecravisti. Tandem scriptis divinâ
 sapientiâ plenissimis legibus, miracu-
 lorum gloria celeberrimus, vaticino
 spiritu multa præfagiens, sumpto sa-
 cro Viatico, præmorta corporis, per
 austeritates exhausti, membra, in pa-
 rato tumulto inter manus & lacrymas
 discipulorū placidissimè composuisti.
Cœlum Sanctissima verò anima per viam re-
conscē- ctam, lampadibus & pretiosa veste or-
dit. natam, ad felicissimas Beatorum sedes
 visa est conscendisse. *Idem ego nunc oro,*
quod hodie in solenni oratione ad te cla-
Spirit⁹ mant alumni tui: ut excites in me spi-
sanctis- ritum illum excellentissimum, quo tu cal-
simi care mundum, mortificare carnem, subju-
Patris gare infernum didicisti, ac docuisti: ut eo-
petitur. dem repletus, sanctissimam Regulam tuam
 fideliter observem; virtutes tuas imitari
 studeam; dæmonum insidijs viriliter resi-
 stam; & te juvante, feliciter moriar.

S.

S. R O B E R T E, Sacri Cisterciensis
 Ordinis gloriosissime Institutor: qui
 nondum natus, ab Angelorum Regi-
 na per arrham annuli, prægnanti ma-
 tri tuæ in visu porrecti, in amores aut
 filij aut sponsi cooptatus es. Anno æ-
 tatis decimo in Cellensi S. Benedicti
 monasterio, literarum & pietatis tam
 solida posuisti fundamenta; quæ in-
 gentem illam nascituri ex te Ordinis
 machinam, æternùm fulcirent. Tyro-
 cinium exceperere per virtutum suffra-
 gia variæ functiones. Priorem Cellen-
 ses, Tornodorenses Abbatem creârunt.
 Sed magis virtutum, quàm honorum
 gradus scandere cupienti, gratius fuit,
 præesse paucis, iisque extremam pau-
 pertatem sectantibus, quàm alijs, quos
 auri abundantia redegisset ad inopiam
 pietatis. Sequebantur ubique sanctita-
 tis tuæ famam liberalia fidelium dona:
 quibus cùm & Molisimenses, & disci-
 plinam monasticam obrui cerneret: ad
 aliam denuo innocentiae tutelam, in-
 cultæ, ideóque pauperrimæ Cisterci-
 ensis eremi confugisti: assumptis quindecim
 ex Molisimo socijs, qui pari spiri-
 tûs fervore ad consequendum summæ
 perfectionis fastigium, divinitus im-
 pellebantur. Hæc est dies illa auspica-
 tissima: qua, jurantibus vobis in verba

Obiit
 anno
 1101.

Eum
 annulo
 sibi de-
 sponsat
 Maria.

Paup-
 per. atq̃
 ubique
 secta-
 tur.

Cister-
 cium
 fundat

Re-

Regulæ Benedictinæ ad literam obser-
vandæ, anno reparatæ salutis, 1198.
novum aspexit mundus de sua vanita-
te triumphum: dum unum silvestre ar-
boretum subministrabat fortissimis a-
thletis alimenta, fomentum, & tectum.
naturâ ipsâ mirante; se tantulo impen-
dio, duraturam in multa sæcula repor-
taturam de luxu victoriam. Paulò plus
anno insumptum est, ad firmanda tan-
ti operis principia, tum favore Princi-
pum terræ, tum Ecclesiastica potesta-
te. Cùm Molisium, te uno amisso, sui
totius ruinam augurata, eâdem, qua
te alibi firmaveras, autoritate, ad se
reduxit. Nec ægrè paruisti: tot in Ci-
stercio relictis successoribus te dignis,
quotquot filios deserebas. Alberico
igitur in regimen subrogato; tu Molis-
ium, ac triennio post felicissima tan-
dem migratione, octogenario major,
ad superos evolâsti. Utriusque tamen
Domûs curam nec mors ademit: dum
& somnolentos per visum ad vigilan-
tiam; & ferventes per prodigia ad tui
sequelam exhortabaris. Qui quidem
tuus in Patriam transitus (ut hæc fe-
stivitas soli Protoparenti cederet) eo
die recolitur, quo Honorius II. te san-
ctorum catalogo adscripsit. *Sim & ego
inter paternas tuæ sollicitudinis curas.*

*Arbo-
rum
ramis
ad te-
sta, ra-
dicibus
ad cibos
utitur.*

*Molis-
ium
redit.*

*Post o-
bitum
de suis
soliciti-
tus.*

*29. A-
prilis.*

Cor.

Corripe, excita, stimula me ad opus divinum dormitantem. Objice nictantibus oculis horribiles damnatorum vigilias, quas in flammis suis æternas agent inter fletus, ejulatus, & dentium stridores, tam facili nunc labore redimendos: & vicissim dulcè felicitatis patriæ quietem, post modicas hujus vitæ vigilias tota æternitate secuturam.

Somno-
lencia
excuti-
enda.

S. BERNARDUS, Epist. I. n. II.

Vigilias times, & jejunia, manumq; laborem? Sed hæc levia sunt, meditati flammam perpetuas. Recordatio deinde tenebrarum exteriorum, facit non horrere solitudinem. Si futuram cogitas de verbis otiosis discussionem, non valde displicebit silentium.

Medi-
tantiæ-
terna,
facilis
est affli-
ctio tē-
poralis.



22. Martij. II. Cal. April.

BENRICE: qui mirabili abstinentia, severa corporis castigatione, multos annos laudabiliter in Villario traducens; juxta meritorum exigentiam, in Abbatem Loci S. BERNARDI apud Antuerpiam, expetitus
ibi

Obijt
anno
1298.

212 ANNI CISTERCIENS
ibiq; ad gravissimas functiones adhibi-
tus, in summa Regum & Principum
veneratione florebas. Tandem gratiæ
gradum proximum, apud Regem re-
gum aditurus, terræ valedixisti; relicto
cum sanctitatis opinione, pio tui apud
posterorū desiderio. *Fac, ut omnia desi-
deria mea, sicut non sunt abscondita à con-
spectu Dei, ita in eum solum, nec aliò, ten-
dant. Illius amorem & cultum totis affe-
ctuum meorum viribus anhelem.*

Obiit
circa
annum
1218.

B. BENEDICTE: qui ex Ulphone
Nerviorum Principe, & sancta Birgit-
ta, claris sanguine & sanctimoniâ pa-
rentibus procreatus, non potuisti non
pijssimos mores induere; cum & pri-
mum infantia nutrimētum, & edu-
cationis curæ, ex tam sancto fonte in-
stillarentur. Prævidit haud dubiè in
spiritu vaticinico mater, placitam esse
DEO animam tuam; & adhuc in pri-
mo juventutis diluculo rapiendam, ne
mundi malitia mutaret intellectum,
multo suo labore tenerrimis amoris sa-
cri scintillis imbutum. Proinde mona-
chis Alva strensis te commēdavit. U-
bi paucos intrà annos sancto, ac tantâ
innocentiâ digno sine quiescens, piæ
parenti ingentis gaudij materiam præ-
buiisti: dum Christo tuam ei inter ele-
ctos gloriam revelante, sibi gratulata
est

est, se suo partu cœli militiam auxisse.

Verè beatus, quem Divina misericordia ante cognita & admissa peccata, ex mundi huius periculis educit. Utinam & mea fuisset ista sors! Nunc tu me è culpis præteritis emergere laborantem, tuis ac sanctæ parentis precibus subleva: Dehincque exora; ut modò castiget delicta mea, cum punire simul & indulgere solet.

Deus
orand°
ut hîc
puniat.

S. BERNARDUS, ser. 44. in Cant.

Vapulem sanè, vapulem, ut malè operans: si fortè verbera in merita reputentur. Fortassis miserebitur flagellato, qui bonum in me non invenit, quod remuneret.

Pœnitentia.



23. Martij. 10. Cal. April.

O Terræ amor, Cœlique delictum, Melliflue BERNARDE! Cui hodierna dies inauditum antehac attulit Divini amoris insigne, Christi JESU in Cruce pendentis amplexum. Prostratus coram illa sacra Servatoris effigie, ut aliàs in multam noctem consuevisti, effundebas cor tuum ante conspectum Domini: id maximè per igneos

Chri-
stus
Ber-
nardū.
ample-
xatur,
circa
annum
1150.

Desiderat esse saucius Christi plagis. igneos affectus eructans, ut JESUS Patiens sua in te Vulnera transferre, suosque dolores tecum habere communes dignaretur. Te nempe (quem profunda humilitas sceleratissimis annumerabat) has pœnas meruisse; velut

Perfuditur ineffabili dulcedine. noxium; illum verò innocentem æterni Patris Filium, gloria & honore, non spinis fuisse coronandum. Hos inter gemitus cùm cresceret in singula momenta desiderium, jamjam lætissima spe potiundi votis, te expectatis doloribus immerferas: cùm subito vivere cœpit Imago, aut alia sensibilis oblata species, quæ solutis de Cruce brachijs, in amplexus tuos sese demisit, ac tantâ dulcedinis copiâ cor tuum inundavit; ut tunc verè cantare didiceris solenne illud tuum: Expertus potest credere, quid sit JESUM diligere. *Inebria*

Christi Vulnere, salus unica. aridum cor meum de illa supereffluente gratiarû plenitudine, quam è fonte mellifluis Christi Vulnerum bibisti. Fac, ô parens amantissime, ut Vulnere illa sacrosancta, sint emortuæ animæ meæ resuscitatio: obliteratio peccatorum; & virtutum fecunditas. Sint de hostibus meis victoria; mors carnis, & animæ vita: actandem felix vitæ meæ consummatio.

Electus B. BERNARDE, Clarævallis monache, & odorifera palme illius fecundum

diffimæ Nardi; quæ ut maximam orbis partem, ita te in Hiberniam misso cathedram Episcopatus Nannetensis sanctitatis odore implevit. *Spirent etiam hunc benedictæ nardi odorem opera mea. Fuget illa (quæ virtus illius est) à me virus peccati: calorem vitalem Divini amoris accendat: vitam denique meam ad illud senium promoveat, quod cœvum erit beatæ aternitati.*

Nardus
herba
salutis.

B. GENTIA, Vallis Floridæ in Belgio Abbatissa: cujus celeberrimum nomen erat velut unguentum effusum, post cujus fragrantiam nobiles adolescentulæ catervatim ad monasterium tuum accurrebant. Quas postquam omni virtutum perfectione imbuisi: triduo ante mortem signo globi igniti, ante fenestras tuas lucentis, de obitu præmonita, eandem facem, cœlos repetentem jubilans secuta es. *Indiget anima mea unguento gratiæ divinæ ad roborandos artus, quibus vincat salvis sue hostes: in antidotum, contra gravissimos suos languores: pro lucta denique, quæ subitura est in mortis agone. Tu illud mihi, quæso, Cœlitus impetra.*

Obijt
anno
1147.

Unguentum
divinæ
gratiæ.


S. BERNARDUS, serm. 10. in Cant.

Est ergo Unguentum, quod sibi conficit anima, irretita criminibus: si cùm
incipit

Peccatoris,
lacrymæ

Unguē-
tum a-
nimæ
pæni-
tentis.

*incipit cogitare vias suas, colligati
congerat, conteratq; in mortariolo
conscientiæ multas ac varias species
peccatorum suorum, & intrâ æstuan-
tis pectoris ollam, simul omnia coquat
igne pœnitentiæ, & doloris.*



24. Martij. 9. Cal. April.

Obijt
anno
1606.

B. JUSTE: qui Justi nomine per
omnia adimpleto, in Monte Si-
on semitas Justitiæ ingressus, multis
religiôsæ justitiæ operibus excelluisti.
Tandem morbo tentatus, meruisti à
B. Bernardo de Escobar de obitu tuo
præmoneri: quam post devotam sus-
ceptionem Sacramentorum magno
pietatis sensu oppetijsti. *Ora, ut per o-
pera justitiæ consequi merear Gratiâ ju-
stificantem: atque coram justissimo Judice
dignus inveniar æterno Justorû consortio.*

Obijt
anno
1177.

B. RUANDE: qui ex Ordine Ci-
stercienti ad pastorales curas sedis Ve-
netensis evocatus, vitæ sanctimoniam
in claustro imbibitam studiosè conser-
vans, post celebre viginti annorum re-
gimen, à Bono Pastore Christo, ad re-
cipiendam laborum tuorum merce-
dem

dem perduci meruisti. *Verè Bonus Pastor est illis Jesus, qui dulcissima ejus voci obediunt, inducendi post hanc vitam in pascua paradisi cœlestis. Sed heu! quoties ego per aliena prata vagatus sum, lupum secutus, pro pastore, propriam voluntatem! Tu me errantem revoca, & Pastori clementissimo, ut me in gratiam recipiat, commenda.*

Errans
ovis re-
duci ad
pascua
rogat.

B. PETRE à S. BERNARDO, sacrae Congregationis Fuliensium Superior Generalis. Ad quod munus te ingentia merita, præter insignem rerum divinarum humanarumque experientiam, provexere. His accedebat habitus corporis, absolutam virtutum idæam, tum gravitate, tum lenitate, representans. Eximium decus est, morum non affectata gravitas, temperata humilimansuetudine. Animi est & virilis & virtuosi indicium. *Perferatur ergo hoc vitæ tuæ speculum ob oculos meos, ad cujus normam incultos mores meos componam.*

Morum
gravi-
tas.

Venerabilis Virgo MARIA de Christo, Abulensis monasterij in Hispania sanctimonialis: quæ nixa virtutum fundamento profundæ humilitatis, sanctimoniæ fabricam ad altitudinem sideribus parem promovisti. Nihil amabas, quod non saperet paupertatem. Hinc vestitus abjectissimus;

K

victus

victus, & parsimoniâ & vilitate tenuis. Corpus te accepisse ad torquendum, instar mancipij, non demulcendum, rata, ad eò ad frenorum patientiam assuefecisti: ut cum animus in cœlestia nunquam non esset intentus; ante suam mortem sensibus exuta videri poterit.

Cura de anima. *Plerique mortales, sanè nostri nominis obliti, cum hoc mundo insanimus: dum cultum curamque, quam animæ debemus, corpori impendimus. Fac, ô prudens virgo, ut tecum meliorem partem eligam.*

S. BERNARDUS, ser. 23. in Cant.

Ornans homo interior, *Omnis cura sanctorum, spreto ornatu cultuq, superfluo exterioris sui hominis, qui certè corrumpitur, omni diligentia se præbet, & occupat excolendo, & decorando interiori homini, qui ad imaginem Dei est, & renovatur de die in diem.*



25. Martij. 8. Cal. April.

Obijt circa annum 1191.

BEISO, vir eximiæ sanctitatis: qui ex Claravalle in Frisiam, patriam tuam, missus, Monasterium Claricampense

pense primus sub regiminis tutelam
 suscepisti: atq; ut virtus nunquam so-
 let esse sterilis, intrà triginta præfectu-
 ræ annos, singulis ferè lustris novum è
 gremio tuo foetum effudisti: plures ge-
 niturus, nisi te mors jussisset à labore
 quiescere. *Inepti, si non iniqui, sumus
 laborum æstimatores. Tædiosus est vel le-* Labo-
vissimus labor, qui pro Deo, pro cælo tole- res pro
randus occurrit. Cùm interim pro rebus cælo
inanibus, perniciosis, ac stolidis, tanquam impen-
in palæstra sudare non pigeat. Tu doce me dendi.
omnes labores meos ad æternitatis libram
ponderare: nunquam nocivi, aut graves
erunt, si hoc pondus accedat.

B. BLASI, Abbas Hortensis in Hi. *Obijt*
 spania: cujus sanctimoniam veluti *anno*
 terrarum principes venerabantur, re- *1164*
 gendique summam mirabantur pru-
 dentiam: ita cœnobium tuum cum
 amplissimo suo incremento expertum
 est: dum ingentibus Regum donis, &
 Indultis Pontificum auctus, illud ex
 loco insalubri ad commodiorem situm
 transtulisti: ac relicto filiorum nume-
 roso, nec minùs sanctissimo cœtu, se-
 nex emeritus ex hac vita migrasti. Re-
 gendi scientia præclarissima est, frequens *Victo-*
de seipso victoria. Hanc in mihi calitùs ria de
impetra: ut imperij mei domestici in vaso- seipso.
res, desideria prava, fortiter expellam.

S. BERNARDUS, *serm.* 31. de divers.

Appetit
refre-
māus. *Oportet ergo reprimere, quem extin-
guere non possumus, appetitum: ut
quàm citò cubile nostrum ingreditur,
crescere eum nullatenus patiamur:
sed sit nobis, quemadmodum dicit
Scriptura: subter te erit appetitus tu-
us, & tu dominaberis illius.*



26. Martij. 7. Cal. April.

Obijt
anno
1440. *B* PETRE Marginet: qui Populeti
in Catalaunia suscepto Cisterciensi
habitu, magnam spem fecisti insignis
aliquando in Religione profectus. Sed
vixdum Vota emiseras, cum suasioni-
bus diabolicis irretitus, arreptā fugā,
miserè te in criminum ceno volutasti.
Nam prædonibus mixtus, mox eorum
antesignanus, latrocinijs ac stupris vi-
tæ prioris candorem turpiter corrupti-
sti. Rursum verò Divinæ miserationis
lumine in cor tuum illabente, resipif-
cens, sponte ad monasterium reversus,
injunctas carceris diuturni, & verberum
pœnas, non solùm prompto excepisti
animo: sed easdem cilicijs, catenis, in-
ediā

ediã, & omni cruciatuum genere ag-
 gravãsti. Obtentã insuper superiorum *pœnitenti-*
 facultate, consortio piorum te indi- *am.*
 gnum reputans, in quodam antro, ex-
 tra monasterium, solo pane & aqua,
 cum obvijs ex agro herbis, victitabas.
 Orare incipientem cum sole occiduo,
 eodem in situ deprehendebat oriens:
 interdixeras enim somno accessum, ni-
 si quem lex necessitatis subinde fur-
 tim extorserat. Atque ita novus ex
 Saulo Paulus, didicisti, quantum sit in *Invisi-*
 cœlo gaudium super uno peccatore, *tur à*
 pœnitentiam agente; quando jam pe- *cœliti-*
 nẽ quotidie aspiciebas cœlites, tuam *bis.*
 solitudinem frequentantes. Obstrepe-
 re tamen huic gaudio præsumpsit in-
 fernus: quem tu non nisi contemptu *Dæmo-*
 dignatus, ipsum superbiæ principem, *nem in*
 in prægrandis asini forma tibi mole- *forma*
 stum, capistro zonæ constrinxisti: nec *Asini*
 detrectavit iussa, ferale mancipium, *vinculũ*
 cùm illud cogeres ferre saxa, & ligni *tenet.*
 pondera prouisu monasterij, patienti-
 us sanè, quàm olim tulerat primum à
 majestate Divina gradum. Emancipa-
 vit denique clitellarium tuum pius in
 cœlum transitus, qui te quoque ab hu-
 jus vitæ laboriosis vinculis exsolvit.
Dum te ex altissima scelerum abyssu ad fa-
stigium sanctitatis exurgentem considero;

latissima spes recuperandæ per pœnitentiã salutis affulget. Quæ, ne fiat irrita, tu, oro, meritorum tuorum patrocinio effice.

Electus B. JOANNES de Pontifara dicte:
anno quem universus sacer Ordo Superio-
1299. rem Generalem veneratus est, in serie
 XXX. hujus nominis II. ex Abbatia de
 Moris assumptum. De te hoc circum-

Ejus e- fertur elogium; quòd fueris *Mansuetu-*
logium, *do bonis, fulgurque tonans sceleratis.* Su-
 perfunt gemina hujus animi tui mo-
 numenta. Alterum ex instituto à te u-
 su, fulminandi anathema in latentes
 scelerum machinatores; qui in Domi-
 nica Palmarum, solenni, sed metuen-
 do ritu de fidelium numero exaucto-

Et au- rantur. Alterum, quando Episcopo-
shori- rum quorundam conciliabulum, con-
sas: tra Bonifacium VIII. Pontificem, fa-
 ctione Philippi Gallix Regis coactum,
 sola præsentix tuæ authoritate dissi-
 pavisti. In cujus facti perpetuam me-

favores moriam, tibi, ac successoribus, idem
Ponti- Pontifex concessit usum ceræ candidæ
ficij. in obsignandis Instrumentis: itémque
 imaginis sedentis in cathedra, pro fi-
 gura sigilli. Fertur dixisse Pontifex,
 cum tibi Diploma porrigeret: *Mecum*
stetisti, mecum sedebis. Sed tandem ut in-
 fensi Regis iracundiæ, in damnũ Ordi-
 nis evomendæ, cederes; dimissa digni-
 tate

tate, privatae devotionis operibus, digniorem tibi in caelo sedem comparasti. *Offendi & ego Regiam Dei majestatem, Offensum à cuius irati facie abscondere se, frustra olim tentavit primus humani generis, & peccati parens. Tu interea pacis conciliatorem pro me agas: & penitendi inducias impetra, donec pertranseat furor ejus, redeatque misericordia, quae me morientem suscipiat.*

B. GUALTERE de Spek, quod *Floruit* cognomen ex nobili ac praedivite Anglorum familia traxisti. Prima sancti-
 oris vitae rudimenta didicisti sub disciplina Stephani, celeberrimi illius Eboracensium Prioris. Sed ad altiora generosus aspirans animus, de inducendo in Angliam Cistercio consilia coepit agitare. Quae cum BERNARDUS, ea de re consultus, probasset, ac monachorum manipulum ad te ex sua Claravalle destinavisset: tu subsidio patrimonij monasterium Rievallis in vasta *Rievall-lem fundat* remo, quam Rius annis interluit, condidisti: futurum deinceps Insulae ornamentum, virtutum & eruditionis seminarium longè amplissimum. Multum *& or-* tuae liberalitati debuit Rievallis; sed *nat mi-* plus sanctimoniae: qua illam sub primo diluculo per miracula, summásque virtutes inclytam reddidisti: de eo an-

224 ANNI CISTERCIENS.

te omnia sollicitus; ut posteri situ humillimæ vallis admoniti, hac præsertim virtute, tantis laboribus parta, tuerentur. *Discam & ego à te, substernere conatibus meis hoc firmum humilitatis fundamentum. Hac enim basi nixus, securus sum à ruina; certus in aliarum virtutum profectu; indubius de cælo.*

Humilitas.

S. BERNARDUS, ser. 26. de divers.

In sola humilitate confidendū.

Insipiens est, & insanus; quicumq; in alijs vitæ meritis, quicumq; in alia religione, seu sapientia, nisi in sola humilitate confidit.



27. Martij. 6. Cal. April.

Obijt
anno
1186.

B. PETRE, qui in Archicoenobio Cisterciensi inter sacri Instituti alumnos adlectus, cùm fervens ille primorum Patrum spiritus in te clarissimè reluceret; electus es communi calculo in S. Patriarchæ Roberti successorem ordine XIV. hujus nominis II. magnâ quidem Ordinis lætitiâ; sed quam post sextum regiminis mensem tristissima filijs, at tibi ad cælos evolanti jucunda mors vertit in luctum: ad quam hilariter subeundam, animum addidit felix

lix nuncius, S. Hugo Bonævallis Ab-
bas; quem in fatali lectulo recumbens
vidisti triumphantis more sidera pe-
tentem, ac te, ut sequaris, suaviter invi-
tantem. *Singulis momentis invitamur,
properamus, vel invitati, ad metam. Tam
stupidi tamē, ac cæci sumus; ut ab illa hora
nos quàm longissimè putemus abesse, cum
fortè simus proximi. Tu surdam in re tam
manifesta, & periculosa aurem mihi velli-
ca, & doce, piè vivere, ut moriar piè.*

Præpa-
ratio
ad mor-
tem.

Vixit
circa
annum
1200.

B. EUSTACHI monache: cujus
sanctimonia, & in Matrem Virginem
pietas, etiamsi hominibus, dum vive-
bas, esset ignota; insigni tamen prodi-
gio post mortem declarari promeruit:
dum in linguâ tuâ, aureis characteri-
bus expressa legebantur verba illa, qui-
bus cœlestis Nuncius Deiparentem
primus salutavit: AVE MARIA.
*Fuerunt procul dubio verba hæc aurea ti-
bi moribundo ultima: unde quasi hare-
bant in lingua. Doce me nunc illa cum
vero devotionis affectu proferre, & iisdem
feliciter immori.*

Venerabilis Pater PAULE: qui in Obiit
monasterio S. Lazari, quod arte tua, anno
& industria construxeras, de superio- 1661.
rum licentia, sub jurata in perpetuum
clausura, soli meditationi, & commen-
tationi sacræ vacabas. In opere divino

K s

assi-

assiduus, tibi rigidus, in alios charitate
uberrimus, post prædictam à te mortis
horam placidè exspirâsti. *Utilis omni-
no pia librorum lectio, &, si cui desuper
datum est, commentatio. Ibi enim Veritas
sinè adulatione proponitur: ibi sinè noxio
rubore erubescere, & damnare delicta no-
stra: ibi veritatis & virtutum thesauros,
sinè magno laboris impendio, intuemur.
Imbue tu me hac pia temporis avaritia, ut
perijisse diem arbitrer, cujus aliquam par-
tem sibi lectio sacra non vendicaverit.*

S. BERNARDUS, Tr. de vita solit.

*Ne aliquando aberret nimia vo-
luntas, neceßè est, ut semper adsit
mediante obedientia custodiens Ve-
ritas. Nihil enim in bonum homi-
nis, in Deum proficientis, tam sibi
convenit, quàm Veritas, & Volun-
tas.*



28. Martij. 5. Cal. April.

S. STEPHANE, Magne Præsul Ar-
chicœnobij Cisterciensis: qui hodi-
erna die vitam mortalem, sanctitate,
fœcunditate, & miraculis illustrem,
clau-

Libro-
rum
pia, &
frequēs
lectio.

Verita-
tis, &
Volun-
tatis
consen-
sus.

Obijt
anno
1134.

clausisti felicissimè. Solennis tamen memoria ad lætius anni tempus dilata in diem 17. Aprilis, occasionem nobis tunc offeret, vitæ tuæ seriem, pro modulo nostro contemplandi. *Tu Divinã ora clementiã, in qua spem omnem reponebas, ut desideria nostra, tuam sanctissimam vitam moriẽmque imitandi, suã gratiã; (sinẽ qua laboramus in vanum) compleat, atque confirmet.*

Sancti, ac Beati Monachi VILLARIENSES: quorum corpora ibidem requiescunt; & quos hac die sub Vigilijs matutinis, Summus Pontifex Christus, gloriosè in chori summitate apparens, plenariã suã potestate, & vivæ vocis oraculo, Beatos pronunciavit his verbis: *Quotquot hinc sunt, mei sunt.* Licet enim è florentissimo illo virtutum viridario desumpti flores, Cisterciensem hortum notis nominibus permultis exornent: certum tamen est varijs revelationibus fide dignis, plures ibi sub umbra telluris latere, quorum nomina, ut in Libro vitæ descripta, hodie solenni simul veneratione cohonestantur. *Quàm lætas modò gratias referis Optimo Redemptori, qui vos tam felici, & in omnem retrò æternitatem permansura benevolentia fuit dignatus! Gratis ego ab eadem Bonitate creatus sum & redem-*

Contigit hæc visio circa annum 1167.

Christi favor ingens erga Villarienses.

Gratitudo.

ptus sum: quanta beneficia! Ah ne finite me his vivere ingratum!

S. BERNARDUS, ser. 27. de divers.

Ingra-
tudo
cavēda.

*Obsecro itaq³, fratres mei, humiliter
mur magis ac magis sub potenti ma-
nu Dei: Et ab hoc tam maximo, tam
nequissimo vitio ingratitude longe
fieri studeamus: ut tota devotione in
gratiarum actione versantes, concilie-
mus nobis gratiam Dei nostri, que
sola potest salvare animas nostras.*



29. Martij. 4. Cal. April.

Contigit
anno
1581.

MOrtis, & Inferni Triumphatrix
gloriosissima Virgo MARIA, ac
Cisterciensium singularis Patrona: que
hodie monasterium Camberonense,
lactis stillicidio nobile, quod ibidem
olim in BERNARDUM tuum effudi-
sti, ab obsidentium hæreticorum fau-
cibus illustri prodigio extraxisti. Cùm
enim illi jam admotis ad mœnia sca-
lis, aggestisque ad portas ignibus, di-
reptionem facerrimæ Ædis in sua po-
testate haberent; omni humano auxi-
lio destituti monachi, opem à te ma-
gnâ

gnâ fiduciâ imploraverunt. Cùm subito hostes in fugam effusi, questi deinde sunt, se à candidorum equitum caterva, intrâ monasterij muros conspicta, depullos. In cujus divini favoris memoriam, & grati animi significationem, dies ista publicâ supplicatione quotannis, instar perpetui triumpho, celebratur. *Tuus est hostis, ô cæli, terræque Imperatrix, quisquis humana salvis, quam tu, Virgo inviolata, peperisti. Ecce! interitum mihi machinantur infernus, caro, & mundus. Da mihi, ô Castrorum acies ordinata, virtutem contra hostes tuos: tunc præsertim non me deseras; cùm inter mortis angustias loquar inimicis meis in porta & aditu aternitatis.*

B. HUGO: qui metuens, ne te Canonici Cameracenses, è quorum numero fueras, in suum Episcopum eligerent; quod certò futurum esse prævidebas: salutem, quam in illo statu desperaveras, in fuga quæstivisti, addito in fugæ tegumentum vallo monasterij Valcellensis. In quo magna obediendi promptitudine, animi demissione, & impigra virtutum aliarum exercitatione, meruisti, ut morienti spectabilis Angelorum cohors assisteret, & animam tuam inter cantus festivos ad cælos deduceret. *Tali nimirum honore*

Maria hæreticos fugat.

Mariæ virtus contra hostes imploratur.

Obijt anno 1235.

Angeli adsunt morienti

*Obedi-
entia.* dignantur superi humilem obedientiam:
qui unus, te, quod rogo, stimulos addente,
satis forte erit incitamentum; ad eam toto
corde amandam.

*Obijt
anno
1174.* S. A Y M O : olim sub communi ob-
servantia Benedictina Sabiniaci ma-
gnorum virorum magister. Qui unà
cum amplissima illa Congregatione,
triginta cenobia complectente, Refor-
mationi Cisterciensi te subjecisti. Dum
adhuc juvenis literas docereris, jam
tum summarum virtutum studiosus,
*Juve-
nis soli-
da fun-
damēta
virtu-
tum po-
nit:* prima illarum elementa collocavisti,
in tuimet contemptu, & passionum,
spiritui adversantium, victoria. Quæ
causa fuit, ut tempus omne, quod re-
laxando animo concessum erat, inter
leprosos, velut mediastinus quispiam,
cōtempta natalium nobilitate, transi-
geres: foetentia eorum ulcera manibus
*servit
leprosis* nihil prorsus horrentibus contrectans:
quam pietatem etiam post susceptum
monachatum, ubicunque dabatur oc-
casio, nunquam intermisisti. Cùm sub
receptione sacrorum Ordinum info-
*Spiritu
divino
imple-
tur.* litus quidam tremor corpus tuum con-
citeret; rogatus de causa, retulisti: in-
effabilem quendam divini spiritûs im-
petum in te irruisse; tantâque gaudij
plusquam humani dulcedine perfudif-
se; qua majorem vix credas in cœlo be-
atis

atis concedi. Accidit exinde non raro, ut sub operatione tremendi mysterij, formam speciosorum juvenum præferentes Angeli Altare circumstarent; sacramque Oblationem è manibus tuis susceptam, Divinæ majestatis conspectui exhiberent. Aliàs tibi videbaris non ad Aram Ecclesiæ stare, sed in medio totius Curie triumphantis agere sacerdotem: agnitis ibidè clarissimè meritorum & gloriæ gradibus, quibus Sanctorum ordines inter se distinguebantur. Quorum raptuum modum ipsemet fatebaris te exponere non posse: cum eo tempore corpus tuum immobile ac sensibus expers cernerent in terra hærere, quod tu credebas tecum in cælo deliciari. Trahebas ex illo felicitatis loco multiplex lumen; quod tum in aliorum conscientias, consilijs & precibus tuis juvandas, penetrabat: tum tibi infundebat altiorum disciplinarum peritiam, qua exarasti duodecim illa de rebus divinis volumina, stylo supra humanam infirmitatem elevato nobilia. Hos cæli favores clausit, an veriùs incepit? beata mors: cujus definitam horam veluti longè antè habebas perspectam, ita adventantem summo mentis jubilo excepisti. *Facula prævisa ferire minùs, docet vulgare adagium*

*Sacrificanti
assistunt
Angeli*

*& tota
cælestis
Curia.*

*Alia
arcana
cælitùs
discit:*

*ut à
moris
horam.*

Felix,
qui ja-
cula
prævi-
det.

*dagium, planè verissimum, si de ferali illò
ictu intelligatur, quo mors vitæ mortalis
arborem sternet, jacituram in eo æternùm
suum, quem illud momentum invenerit.
Tu doce me strenui militis more, semper in
acie stare vigilem: sic enim nulla me hora
deprehendet imparatum.*

Circa
annum
1238.

Orans
in aëre
pendet.

B. A G N E S de Castillon: cui ne per-
petua clausuræ solitudo (quam tamen
diligebas unicè) gravis accideret, cœli
ad suos te hortos frequenter admisere.
In quibus cùm morareris, corpus, qua-
si nondum maturam felicitatem ani-
mæ invidens, sequi arderet, à terra ele-
vatum, in aëre sublime pendeat; dum
redux amantissima consors, illud suæ
adhuc fortis admonitura, nativo sta-
tui restitueret. Sed & tu tota cœlum
visa es habitare, quando per totum vi-
tæ tempus nullum aliud ori tuo ver-
bum excidit, quod non spargeret amo-
ris divini incentiva. *Tu iam felix cali
inquilina, fac etiam ex corde meo cœlum,
id est, sedem Dei. Perorna illud sanctæ cha-
ritatis auleo, quo cooperiam multitudinē
peccatorum, tantum hospitem ab ingressu
avertere solitam.*

Anima
sedes
DEI.

S. BERNARDUS, ser. 27. in Cant.

*Non mirum, si libenter inhabites
cœlum hoc (animam Justæ) Dominus
Jesus*

*Jesus; quod utiq; non quomodo ca-
teros, dixit, ut fieret: sed pugnavit,
ut acquireret; occubuit, ut redimeret.*



30. Martij. 3. Cal. April.

B. RAYNALDE: qui ab utero ma-
tris peculiari electione divina se-
gregatus in vas purissimum, ipsam sta-
tim infantiam illustribus futuræ san-
ctimonix signis implevisti. Ac pri-
mum quidem in monasterio S. Amadi à Bene-
sub legibus D. Benedicti tam religiose
vivebas; ut summum monasticę perfe-
ctionis apicem videreris attigisse. Sed
altius duce BERNARDO ascensurus,
bonâ superiorum veniâ, Claramval-
lem petijsti; magno animo suscepta
contentione, imitandi laboriosum vi-
tæ rigorem, quo tunc sancta illa con-
gregatio florebat. Cùm verò aliquan-
do inter reliquos messis tempore in a-
gro labori insudares, ac præ nimio æ-
stu propè deficeres, emissio ex intimis
visceribus gemitu, openi Matris mise-
ricordiæ implorâsti. Nec distulit illa
solatium: quin mox tibi visa est, omni-
um messorum ordinem circuire, & sin-
gulorum sudorem linteo detergere.

Qui

Obijt

anno

1162.

Transit

ad Bene-

dictinis

ad Ci-

sterci-

enses.

videt B.

V. sudo-

res me-

tentiis

deter-

gentem.

Qui favor Virgineus omnem deinceps molestiæ sensum tibi, in quibuscunq; laboribus ademit. Sed & alteri frigido sudori lenimentum eadem Pia Mater adhibuit, quando in extremis luctante vestem candidam porrexit, in signum victoriæ, & futuræ beatitudinis ornamentum. *Ingemisco etiam ego sub gravi pondere diei & æstus; portans immane onus peccatorum meorum, & æstum tentationum. Tu gemitus meos ad thronum clementiæ Mariana perfer, eamque roga, ut mihi dignetur esse, quod omnibus solet, in labore requies, & in æstu temperies.*

Circa annum 1500. B. WALTERE, Villarij Conyetsæ: qui vanitates opum atque deliciarum; quas mundus propinabat amplissimas, piâ superbiâ contempsisti, ut Christum pauperem sequereris. Cujus vitam affectu tam dulci, & sinè interpolatione meditabaris; ut diceres: nihil extra illam dignum, quod cogitationes occuparet. *Me quoque fac sanctè superbum; ut dedigner vel minimâ morulâ admittere cogitationes, quæ non ingerant memoriam me ab æterno amantis, pro me laborantis, ac patientis Jesu.*

JESU
dulcis
memo-
ria.

S. BERNARDUS, ser. 20. in Cant.
Sit suavis & dulcis affectui tuo Dominus Jesus, contra malè utiq; dulces

ces vitæ carnalis illecebras. Et vincat dulcedo dulcedinem, quemadmodum clavum clavus expellit.



31. Martij. Pridie Cal. April.

BLUDOVICE: qui dum in sæculo *Obijt*
 divitijs adhuc & voluptatibus im- *anno*
 merfus, emergere ex letali morbo de- *1219.*
 sperares ope humana, ad divinam con- *Voto cõ-*
 fugiens, te Ordini Cisterciensi devovi- *cepto,*
 sti; inter ipsa votum exprimentia ver- *subiò*
 ba, momento integræ sanitati restitutus. *ex mor-*
 Ita que uxorem, tuæ pietati nihil *bo con-*
 refragantem, relinquens, in monaste- *vale-*
 rio Heisterbacensi sacrum Ordinem, & *scit.*
 simul verum paupertatis amorem am-
 plexus es. Et quemadmodum celeri
 prodigio à corporis ægritudine conva-
 luetas; ita ad miraculum piam, auste-
 ramque vitam instituisti, citato cursu
 progrediens de virtute in virtutem, us-
 que in senium, atque ipsam mortem,
 quam exultans, & jubilans obijsti, *Mo-*
nitum illud Regij Vatis: Vovete, & red *Vove,*
dite: eâ diligentia observasti, quam scio, *sed red-*
etiam mihi pari sollicitudine cordi esse debe- *de*
re. Et utinam fideliter obedientium præ-
mia, ac desidiosorum pœnas sæpius in ani-
mo

mo meo revolverem! majorem utique curam ac sedulitatem aut spes aut metus in me parerent.

Obijt B. GOSWINE: qui ex Abbazia
anno Bonævallis Viennensis vocatus, toti
1155. Familiæ Cisterciensi præfectus es: Superiorum Generalium quinto ordinis loco infertus. Quanti ponderis auctoritas tua fuerit; vel ex hoc uno colligi potest; quod Thaumaturgo BERNARDO (qui leges Orbi, elementis, & vix non cælo vivus dabat) tu mortuo imperâsti; ne porrò miracula patrare pergeret: disciplinæ regulari, quam ab accurrentium nimia multitudine turbari videras, gloriam Ordinis, & supplicum salutem, divino utiq; zelo, postponens. *Aliud ego à te præceptum accipiam: ut nimirum à prodigiosa vivendi ratione abstineam. Quid enim magis prodigiosum, quàm hominem contemnere summum bonum, & amare summum malum? cælum permutare cæno, hoc est, deliberatè Deum offendere? Hic tu mihi frenum in plenitudine potestatis injice.*

Floruit B. SAPIENTIA, Abbatissa Montis
anno Cornelij, in agro Leodiensi: quæ S. Julianam, multasque alias sanctitatis titulo claras Virgines, DEO & sacro Ordini consecravisti. Felix omnino mater, tam illustri filiarum multitudine

dine foecunda: sed non infelicioꝝ, ubi inter earundem, & coelestium spirituum purissimas manus, animam emisisti. *Impetra mihi ab Aeterna Sapientia Christo Jesu veritatem tui nominis: ut nimirum mihi terrenum nihil sapiat: sapienter à malo declinem: studeam cum sapientibus virginibus habere oleo bonorum operum ornatam animae lampadem: non aliter nempe cum illis admittendus ad nuptias.*

Sapientia.

S. BERNARDUS, ser. 20. in Cant.

Ne mundi gloria, seu carnis voluptatibus abducaris; dulcescat tibi praehis Sapientia Christus. Ne seducaris spiritu mendacii, & erroris; lucefcatur tibi Veritas Christus. Ne adversis fatigeris; confortet te Virtus Dei Christus.

Christus Sapientia, Veritas & Virtus.



ANNI



ANNI
CISTERCIENSIS
APRILIS.

I. Aprilis. Calendæ.

Floruit
circa
annum
1201,



EATE GODEFRIDUS, Sacrista Villariensis: qui in cœnobio S. Pantaleonis Coloniae sub Instituto Benedictino aliquot annos laudabiliter vixisti: inde Ordinis Cisterciensis cupidus, Heisterbachij pro admissione humiliter supplicavisti. At acceptâ repulsâ, æquo animo Coloniae reversus, desideria tua superis ardentius commendâsti. A quibus Villariense adire jussus, tantam illuc & loci, & monachorum ibidem degentium, notitiam attulisti; ut manifestum fuerit, te illam non aliunde, quàm è cœlo hausisse. Mutatâ pullâ veste in albam, in carne sinè sensu carnis conversatus, orationi, meditationi, ac rigidissimæ obser-

observantię tam seriò insistebas, ut qui futurus aliorum imitator adveneras, omnibus facem præferres, quam sequerentur. Et eandem DEUS lucere clariùs volebat, dum illam signorum mirabilium operatione in publicam aliorum salutem produxit. Prodigijs tamen patrandis, licet interiore quodam impetu incitari te cerneres; manum commodare refugit humilitas. Quę tamen frustra oblućtata est Voluntati divinę; dum de te nolente, certè ignorante, virtus exhibat, quę sanabat omnes languores. Nam cingulum, quod pio tibi furto subtractum est, & puero amenti circumjectum, sui compotem, ac incolumem effecit. Eodẽ præcinćta parturiens, jam conclamata, feliciter enixa est. Alius diuturnam cęcitatem, qua ligabatur, eodem vinculo solvit. Quędam fœmina sæpe infeliciter mortuas proles parere solita, postquam de pane, quem tu benedixeras, comedit, deinceps facilem lætúmque partum habuit. Numerum excedunt prodigia, his similia: adeò ut jam sibi gratularetur Brabantia, quę suscitatum in te spiritum BERNARDI, venerabatur. Quem etiam domestici non rarò experiebantur, quando illis secreta cordium, & simul salubria consilia aperiebas

*Prodi-
gia fa-
cit, ea
à se fieri
ignorās
cingulo
ei clam
subre-
pto.*

*Oculis
favores
celestes*

*Pedes
illi à
Christo
lavandus*

*qui &
sacrificanti
apparet.*

*Maria
revelat
illi horam
mortis.*

has. Ingentes porrò favores è cælo privatim acceptos, perpetuo silentio tenuisset averſus à vana gloria tuus animus, niſi pia curiositas quorſdam exploraviſſet. Inter quos eximius fuit, cùm die quodam ſabbatino fratribus ex officio pedes laviſſes, & ſtatim in orationem more conſueto incumberes, Chriſtus Servator; linteo præcinctus, te compulit, pedes ei ad lavandum exhibere. Id prætereà jucundum etiam alijs ſpectaculum fuit, qui tecum ſacrificante videbant immenſi decoris infantulum blandè colludere; nec antè ſubduci oculis, quàm ſumpto à te cœleſti Pane. His coronidem, ſimulque vitæ impoſuit Cœlitum Regina; quæ à te conſpecta eſt, inter nocturnas vigiliis pſallentium alacritatem ſuâ præſentiâ excitare. Quam exeuntem ſubſequi juſſus, lætiſſimum accepisti promiſſum, te paucis poſt diebus ad Angelorum choros evocandum. Jàmq; ingraveſcente feбри; cùm is, qui tibi infirmo ſerviebat, invitum ſe ad prandium diſcedere, diceret; metuentem, ne ad mortuum rediret: tu ſecurè abire, mandâſti; pollicitus; quòd adhuc ante mortem te infallibiliter ſit viſurus. Cui promiſſo ut ſtates, ſub ipſa reſectiōne, triclinij januam aperiens, te illi ſpe-


ſtan-

Standum obtulisti, territo primùm; at
 audito mox tabulæ pulsu (mortui ali-
 cujus fratris signum antiquitùs fuit)
 tibi felicitatem transitùs gratulanti. *Rigor*
 Corpus dum pro more Ordinis lava- *vita in*
 retur, inventum est multis vibicibus, *mortuo*
 ac plagis lividum; non sinè admiratio- *patescit.*
 ne spectantium ignotam hæctenus in
 te severitatem. Aperiebant prætereà
 sanctimoniam tuam facta ad tumu-
 lum miracula: quorum intuitu hono-
 re altioris atque ornatiore sepulchri
 exuviæ tuæ donatæ sunt. *Immensum* Vana
utique thesaurum tibi in celo reposuisti, gloria
 dum divinæ gratiæ dona tam sedulò cura- *fugien-*
 visti servare in abscondito; solum arbitriū, *da.*
 & retributorem Deum respiciens. Utinam
 & ego te imitarer; & non potiùs aucupa-
 rem vanæ gloriæ ventum, si quando fortè
 boni operis aliquid à me impetret vel me-
 tus pænæ, vel desiderium, ne malus esse vi-
 dear.

S. BERNARDUS, ser. 4. de Adv.

Utile est, abscondere magis, quàm *Osten-*
 ostentare, si quid habemus boni. Si- *tatio*
 cut & mendici, cùm eleemosynam *boni*
 petunt, non pretiosas vestes ostendunt, *nociva.*
 sed seminuda membra, aut ulcera, si
 L habu-

habuerint; ut citius ad misericordiam videntis animus inclinetur.



2. Aprilis. 4. Nonas.

*Obijt
anno
1201.*

*Senio-
res ve-
nera-
tur, &
imita-
tur.*

*Semper
altius
promo-
vetur.*

B. PONTI: qui in cœnobio Grandis-Silvæ cum ritus S. Ordinis addisceres, cernerésque longam ibi seriem venerabilium senum Chori subsellia implere; in eos potissimum intendisti. Atque ut altius in eorum vivendi methodum, mox imitandam, penetrares; omni genere obsequiorum & cultus eos studebas tibi devincire. Reddebat hæc silva sinè mora voci desiderij tui, echonis adinstar, vocem amoris: dum quilibet in te suas virtutes mirabatur, & sinè invidia diligebat. Id tum maximè patuit, quando Abbati demortuo te unanimis omnium cōsensus successorem declaravit. In qua cura non solùm filijs monasterium, sed & cœlum auxisti. Nam quadraginta, & ampliùs, cum paterna tua benedictione decedentes, beatitudinem, qua fruerentur, tibi per visum ostentabant. Ita locuples prole & meritis, honoribus quoq; cumulatus es: primùm Abbas Clarævallis (post) BERNARDUM quintus) Episcopus inde Claromontensis

tenſis creatus: claris ubique locorum nominibus, nec tamen ſanctimonix famæque claritudinem adæquantibus. Magnæ molis negotia inter ſummos terræ principes, Alexandrum nempe III. & Fridericum Imperatorem ſucceſſu proſpero peregiſti. *Unum mihi incumbit, & id quidem graviffimum negotium: dicenda cauſa coram Deo Judice. Tu Proceſſum illum ita diſpone, ut ex mea parte ſtet miſericordia: cauſâ enim cecidi, ſi ſola Juſtitia in me ferat ſententiam.*

Negotium grave, reddere rationem DEO.

B. GERARDE, portæ Clarævalenſis cuſtos. In quo labore omnibus te præbuiſti humanum & mitem: in pauperes liberalem: orationis ſtudioſiſſimum. Ad cœli denique portam evocatus, tuam ibi felicitatem Germano monacho, unâ cum S. Joanne Evangeliſta apparens, oſtendiſti. *Sim & ego pervigil cuſtos portarum animæ meæ. Quinque ſunt januæ, ſenſus mei externi: per quas, non ritè obductis peſſulis, me hoſtem immiſiſſe, heu! quoties pœnituit!*

Circa annum 1190.

Cuſtodia ſenſuum

B. BERNARDA, Abbatiffa monaſterij S. Spiritûs de Olmedo in Hiſpania, miræ puritatis, & ſanctimonix virgo: quæ ſæpiſſimè media inter cæteras ſanctimoniales orans, aut pſallens, ultra cubiti altitudinem à terra attollebaris. Eluctabatur ſcilicet ad

Obijt anno 1595.

L 2


ſuam

suam originem seraphicus ignis divini amoris, qui in pectore tuo ardebat irrequietus, donec post raptus sublimes, & ferè quotidianos, mors viginti antè diebus præscita te cœlitibus conjunxit.

Oratio. *Eleva sanctissimis precibus tuis frigidas, arentes, & distractionum pondere prægraves, orationes meas. Quamvis enim non sit speciosa laus Dei in ore peccatoris; te tamen conciliatrice, cor contritum non despiciet Divina clementia.*

S. BERNARDUS, ser. 18. in Cant.

Orationis effectus. *Oratio humectat interiora arentis conscientie; escas bonorum operum digerit, & deducit per quædam animæ membra: fidem roborans, spem confortans, vegetans ordinansq; charitatem, & impinguans mores.*



3. Aprilis. 3. Nonas.

Floruit circa annum 1280. **B** HERMANNE, Villarij Converse: qui pauperum ministerio deputatus, mira promptitudine animi totum piæ huic curæ impendisti. Majori gaudio non afficiebaris, quàm si mendicabula, datis è monasterio pannis, meli-
ore amictu donare licuit, quàm ille fu-
erat

erat, quo tu vestiebaris. Sed interim nitebat interior animæ vestis, tam nobili virtutum ornamento decorata; ut illius pulchritudine delectata Cæli Re- *Invisi-*
gina, sæpe ad tua colloquia descende- *tur à B.*
rit; non regio cultu, sed humili Cister- *Virgi-*
ciensium habitu venusta. Favorum *ne:*
porrò, quibus te Mater liberalissima perfudit, non est numerus: quos humilitas tua licèt studiosè ab hominum notitia subtraxerit; non tamen in postrema vitæ hora latère adstantes potuerunt, qui ipsam Matrem viventium tibi adesse, & ad Jubilæum æternæ felicitatis (quinquaginta enim annos in Ordine transegisti) perducere conspiciebant. *maxi-
mè mo-
ribun-
dus.*
Mariæ in omni periculo subsidia, Maria
veluti totus Christianus orbis toties experi *in mor-*
tur, quoties implorat: ita & ego ad sacra- *te sola-*
tissimos illius pedes prostratus, te utar in- *tium*
terprete: hoc unum te impetrare sufficiet,
ut illa mihi morienti se exhibeat patronam.

B. G I O M A R I A, monasterij Lor- *Floruit*
vaniensis in Lusitaniæ finibus monia- *circa*
lis Conversa: quæ à primo in S. Ordi- *annum*
nem ingressu, incredibili asperitate in *1572.*
corpus tuum sæviebas; nullo tormen-
torum genere omisso, quo caro conti-
nuis doloribus premeretur. Quàm ve-
rò immiti in teipsam manu utebaris,
tam benignam alij senserunt: quos à

Signa sub mortē. desperatissimis etiam morbis solo tactu, aut formato Crucis signo liberasti. Mortem in signa duo prodigia illustrē reddiderunt: cantus Angelorum, hymnum, *Te Deum laudamus*, læta claraque voce modulantium: & splendor ingentis radij, è sideribus ad lectulum tam conspicua luce descendens; ut passim vicinos, extra monasterium degentes, ad stuporem, & cognitā inde causā, ad tui venerationem, excitaverit.

Penitētia. *Dona me virili animo tuo, quo in carnem tuam per tormenta, robustam manum terrentia, pugnasti. Fac, ut cum ego rigidissimā penitentiā, propter peccata mea indigeam; id, quod tu ex puro Dei amore fecisti, ego saltem ex districti Judicij timore, & pœnarum infinitarum horrore agam.*

S. BERNARDUS, serm. 10. in Cant.

Fructus duplex penitētia. *Non est omnino spernenda, nec vilis estimanda, hujusmodi unctio pœnitentiæ: cujus odor non solum provocat homines ad correctionem; sed & Angelos ad exultationem invitat.*





4. Aprilis. Pridie Nonas.

BALEIDIS, illustrissimi Ecclesiæ Obijē
 Doctoris BERNARDI Mater no-anno
 bilissima: quæ Tesselino, profapie non 1105.
 inferioris viro, junctā, liberos non tam
 mundo, quàm cœlo dedisti; tot nem-
 pe sanctos enixa, quot proles. Eos e-
 nim mox ut mortalem hanc lucem a-
 spexerant, tuis ipsamet manibus im-
 mortali Numini devotione singulari
 consecrabas; illis tanta sollicitudine lac
 maternum unā cum pietate instillans;
 ut etiam in tenella ætate nihil delicio-
 sum illis in victu vestitūq; indulgeres:
 non ignara; arduam cœli viam molli
 pede non esse terendam. Quàm verò
 altè imbiberint hujus educationis dis-
 ciplinam, experta est horrida Cisterci-
 ensis eremus: cujus aspera supra huma-
 nas vires initia, fraterna illa cohors a-
 deò generosè fuit amplexa; ut tantas
 difficultates esse cuiquam expugnabi-
 les, vel ideo credat posteritas, quia id
 factum esse à filijs tuis, negare non po-
 test. Cæterùm non pignorum dunta-
 xat, sed & pauperum te matrem gere-
 bas; quos undique per compita & xe-
 nodochia conquisitos, tanquam alte-
 ros filios fovisti. Cui quidem labori

*Liberos
 Deo cō-
 secrat,*

*& san-
 ctè edu-
 cat.*

*Paupe-
 rum ge-
 rit cu-
 ram,*

*mira humili-
tate.* ea demissione & alacritate animi in-
*S. Am-
brofio
devota:* cumbebas, ut eorum vestes ac vasa pro-
*ejus fe-
sta solē-
niter
cele-
brat.* prijs manibus emundare, cibos infir-
 mis ingerere, sinè ancillarum ministe-
 rio sueveris. In Divum Ambrosium
 maxima devotione ferebaris: non sinè
 omine nascituri ex te novi, mellis flu-
 mina mundo propinaturi, Ambrosij.
 Ejus solenne festum quotannis exqui-
 sito cultu celebrabas; vocatis in castel-
 lum, quotquot adesse poterant, sacer-
 dotibus: quibus post sacra peracta ad
 mensam humillimè, tanquam præsen-
 ti Christo Martha sollicita, famulaba-
 ris. Hanc in se pietatem sanctus Præ-
 sul remuneraturus, te per visum edo-
 cuit, quòd ipso die sibi festivo, ad festi-
 vam cœli latitiam sis transitura. Ad
 quam accitis more solito presbyteris,
 ac filijs, post salubria utrisq; data mo-
 nita, sub illis Litaniarum verbis: *Per
 Passionem & Crucem tuam, libera eam
 Domine:* elevatam formandæ Cruci
 manum, ad mortis jussum demittens,
 suavissimè obdormivisti. Conjugem
 amisit maritus; at minimè matrem fi-
 lij. Cùm enim tradita à te vitæ sancti-
 oris præcepta apud quosdam langue-
 scerent (quæ unus BERNARDUS ad
 executionem urgebat) clara meridie
 spectandam te illis, & monita ingeren-
 tem

tem exhibuisti. *Esto etiam mihi mater. Seu enim filiorum educatione occupari a-* **Comē-**
mas; de tua progenie sum, filius, &, ab- **datio**
sint demerita, frater Bernardi. Seu egenis **fui in**
opem ferre desideras (veluti non desidera- **curam**
re jam ardens plenitudine charitatis, non **mater-**
potes) sum planè inter egentes ego & a- **nam**
gros longè miserrimus. Tu ergo gere mater-
nam animæ meæ curam: crescet tua in cælo
gloria, si filiorum numerum augebis.

B. GUNZELINE, Abbas More- **Obijt**
 rolæ in Hispania: cujus maxima virtu- **anno**
 tum merita, ut gloriosius coronaret **1188.**
 DEUS; te diuturna morborum quaf- **S. Ber-**
 satione in palæstra patientiæ exercuit. **nardī**
 Languidum tamen te esse tuorum, a- **ope con-**
 deoque inutilem ducem, ingemiscens; **ualescit**
 conceptâ in sanctum BERNARDUM **ex mor-**
 fiducia, licet jam usum omnia mem- **bo.**
 bra amisissent, mirabili celeritate ex
 integro convaluisti: publica solennita-
 te gratijs de tanto prodigio eidem per-
 solutis. *Acquiescere in Voluntatis Divi-* **Acqui-**
na beneplacito, si non sola, sanè potissima **escēdū**
est consolatio nostræ miseriæ. Sive igitur **in Dei**
prospera, sive adversa mihi Deus immittat, **volūta-**
tu me doce, eodem animo illa suscipere. **te**

S. BERNARDUS, de dil. Deo cap. 10.

Delectabit sanè Deum, non tam no- **Gaudet**
stra vel sopita necessitas, vel sortita **DEUS**
 L 5 *felici.*

fuam in *felicitas, quàm quòd ejus in nobis*
 nobis *Voluntas adimpleta videbitur: quod*
 impleri *quotidie postulamus in oratione, dum*
 Volun- *dicimus: Fiat voluntas tua.*
 tatem



5. Aprilis. Nonis.

Obijt
 circa
 annum
 1148.

Appa-
 rente
 matre
 sequi-
 tur Ber-
 nardū.

Porta-
 rium
 agit.

B. ANDREA, sanguine, Religione,
 & vitæ sanctimoniâ, frater germa-
 ne BERNARDI. Qui cùm te ex profa-
 na militia ad sacram vocaret, diffici-
 lem te illi aliquamdiu præbuisi, ca-
 stra Tesselini parentis, lætiores floridæ
 juventutis annos promittentia, sequi
 obstinatus. At beatæ matris oblatâ
 specie, BERNARDI colloquia blando
 annutu approbantis, illico manus de-
 disti. Transacto Cistercij tyrocinio,
 ad condendam Claramvallem cum re-
 liqua cohorte missus, ab Abbate BER-
 NARDO ad portæ custodiam deputa-
 tus, benignitatis in pauperes, vigilan-
 tiæ indefessæ, & in dandis responsis
 prudentiæ tuæ præconem non infre-
 quentem audire meruisti BERNAR-
 DUM. Ad eandem portam cùm Hum-
 belina soror, fratres visura accessisset;
 ac superbo vestium & famulorum ap-
 paratu, extremam vobis paupertatem
 tacita

tacita exprobraret: adeoq; BERNARDUS ne in ejus quidem conspectum descendere dignaretur: tu verbis paucissimis, sed in morbum, quo laborabat, valituris, illi sanitatem & gratiam fraternam conciliasti; illam non jam fororem, sed rete diabolicum, & stercus pretiosè involutum, appellando: gnarus, graviori telo non feriri superbiam, quàm contemptu. Efficaciam dicti testabantur statim obortæ lacrymæ; inde abjecta vanissimi fastus instrumenta: denique post sanctissimam in monasterio Villetano vitam, pia mors, cui tu cum BERNARDO, Nivardoque interfuisti: eandem paucis post annis pari felicitate dulcissimæ fratrum præsentia secutus. *Si originem nostram, si miseras, quas patimur & expectamus, sine dissimulatione pensamus, omnes cum pudore in nobis titulum illum deflebimus, quo tu sororem ad sui agnitionem perduxisti. Fac, ut eandem vim in me habeat ista consideratio: felix erit vulnus, quo sanabitur ulcus superbiae, originali labe naturam corruptam ad vanum tumorem impellentis.*

Sororē
 à sæculo red-
 dit a-
 versam
 contem-
 ptu per-
 strictā
 illius
 super-
 biæ.

Dedo-
 cet su-
 perbiā,
 miserie
 suæ cō-
 sidera-
 tio.

S. JULIANA: quam steriles, & jam senio proximi parentes à DEO precibus (usitato sanctorum auspicio) impetraverunt. Quibus quinquennis or-

L 6

bata

Obijt
 anno
 1247.

*Quinquen-
simo
mona-
sterio
inclu-
ditur.*

*Sancto-
rum
virtu-
tes imi-
tatur.*

*Mira,
in tali
æta-
te
virtus:*

bata, DEO sic providente, matrem in Cisterciensi monasterio, Montis Cornelij nacta es, re & nomine Sapientiam. Sub cujus institutione virtutes avidius hausisti, quàm solent in illa ætate parvuli nugas suas amare: ad apis indolem, ex quolibet flosculo mel pietatis docta decerpere. Cùm enim audivisses, Divum Nicolaum Myrensem certis in hebdomade diebus lacte materno abstinuisse; atq; eandem jejunii consuetudinem reliquâ deinceps vitâ habuisse sacrosanctam: tu id non supra vires ætatulæ tuæ arbitrata, clam moderatrice, strenuè imitari cœpisti; cibum statutis diebus aut omittens, aut modico panis frustillo, edentis speciem magis quàm veritatem, magistræ objiciens. Quæ piâ fraude cognitâ, te usurpatæ propriæ voluntatis ream, in medias nives extra monasterium projecit: ubi sinè infantilis tristitiæ signo oculis terram, manibus cœlum respicientibus, tam diu immota hæcisti; donec ad sacrum tribunal coram sacerdote noxâ expiare, & illius sententiâ absolvi, jussa fueris. Ubi tuam in accusando humilitatem, & cōscientiæ teneritudinem stupens Pater spiritualis, non vanè præfagijt futuræ sanctitatis incrementa. Commendabāt Angelicam in-

nocu-

nocentiam præstantissimæ dotes naturæ: eximius corporis decor; mores, & loquelæ innoxij lepôres, ad miraculum venusti. His accedebat ingenij, nihil non capientis felicitas. Præterquã enim, quod cæremonias sacri Ordinis per tyrociniij annualis decursum, dexterrimè fueris complexa: latinæ lingue tantam assecuta es peritiam; ut Divorum BERNARDI, & Augustini libros, & sinè hæsitatione legeres, & sinè difficultate in sermonem vernaculum transferres. Tantis dotibus electura custodem, sub unam humilitatis umbram confugisti: vilissima quæque servitia, penè ultra vires, ambiens: ita ut per aliquot annos vaccis mulgendis operam locaveris: abjectissimâ functione non ante desertâ, quàm te vires destituerint. Sic tibi reddita toto animo te addixisti rerum cœlestium meditationi: quarum materia nulla fuit frequentior, quàm Patiens Christus. Cujus dolores tam vehemens excitaverit in te divini amoris incendium; ut flammâ etiam in reliquum corpus ex corde diffusâ, faciei pallor in lilia, labra genæque in rosas mutari eo tempore cernerentur. Relaxabant fatigatam præsentis cœlites, quorum quotidiana tecum de altissimis mysterijs colloquia

Dotes ingen-tes natura;

atque vis ingenij.

Humilitati studet.

In meditatione cœlestium ardor.

Cœlites eam in-

visunt. loquia summè admirabantur, qui extra cellulæ fores auscultabant. Ex hac autem cum cœlo familiaritate ortum est tantum temporalis vitæ fastidium, ut longo tempore nullum cibum admiseris, præter sacrosanctum Panem Angelorum: quem dum sumebas sensus omnes corporei opprimebantur ab internæ dulcedinis affluentia. Quantum porrò valeret tuæ apud DEUM preces, uterq; orbis didicit: dum illine è flammis reos, hinc è lectulis morbidos eo remedio liberabas. Fuit ex urbe Leodiensi civis, qui arctiorem in dies regularem disciplinam, cum iniquo animo ferret; multasque in te contumelias, veluti illius novitatis causam, effunderet; inter ipsa execrationis verba, ultione divina tactus, animæ corporisque vitâ periclitabatur. Quo audito ad orationem conversa, ab utroque illum languore exemisti. Concitavit in te hæc tua pietas inferni furores, ex quo emissa ad te territandam monstra, cum sæpiùs objectâ Crucis figurâ propulsavisses; nec tamen quiesceret fanaticus histrio: tu justæ tandem indignationis impetu concita, eundem humo allisum, pedibus etiam, ceu canem mortuum, conculcâsti. Dignum sanè spectaculum, cui cœlum applauderet

Eucha-ristiâ solâ diu vitam sistensat.

Miracula patrat.

Dæmonem pedibus calcas.

deret, dum gloriabundum illum simi-
 lem scilicet Altissimo, ridebat sub in-
 firmæ virgunculæ pedibus trepidan- *Invita*
 tem. In Priorissam electa non aliter ad *præfici-*
 consensum induci poteras, nisi metu, *tur.*
 ne inobedientiæ culpam incurreres. Ea
 tamen sollicitudine præeras; qua nul-
 lū piæ matris munus omitteres. Solari
 mœstas, excitare lassas, proficientes ad
 altiora allicere, omnibus exempli fa- *Luna*
 cem præferre satagebas. Inter hæc va- *imagi-*
 rijs è cælo visionibus recreabaris. Qua- *nem vi-*
 rum una tibi à multis annis quotidie *det:*
 offerebatur; splendida nimirum Lunæ
 imago, nunquam verò in plenum or-
 bem excrescientis. Cujus ostenti my- *cuius*
 sterium à Christo edocta es: Sidus illud *myste-*
 Ecclesiæ iconem repræsentare: quæ li- *rium ei*
 cèt splendida sit atque decora, incom- *d Chri-*
 pletitamen luminis pati eclipfin, do- *sto re-*
 nec sacrosanctæ Eucharistiæ festivita- *rela-*
 tem solennissimo ritu quotannis obi- *tur.*
 ret: idque ut fieri curares, munus tibi
 Servator imposuit. Quo honore te æ-
 stimans indignam, arcanum illud tri-
 ginta ferme annis silentio pressisti. Sed
 redeunte identidem, præter adhorta- *Festum*
 tiones supernas, eâdem visione; tan- *Corpo-*
 dem ope clarissimorum pietate ac do- *ris*
 strinâ virorum, negotium ad supre- *Christi*
 mos Ecclesiæ magistratus delatum, si- *institui*
 nem

procu-
rat.

Officiis
dictat.

In exi-
lium e-
jicitur.

Dignus
Eucha-
ristiæ
cultus,

nem tam felicem sortitum est: ut pu-
blico illo mundi totius triumpho, ex-
sultet in hodiernum usque diem Chri-
stiana pietas; contremiscat infernus,
confundatur hæresis, erubescat Judæ-
us, cœlum tibi ac Cistercio hujus pom-
pæ originem aggratuletur. Officium,
sive solennes pro festo preces, te dictã-
te, conscripsit B. Joannes (qui tibi à
confessionibus erat) devotione eximi-
as, tamque diu in usu habitas; dum
Angelico stylo Thomas alias exaravit.
At verò sanctimoniam tuam, cœlo,
terræque venerabilem, improbitas ci-
vium Leodiensium non solùm injurijs
impetivit, sed etiam in exilium rele-
gavit. In quo multis ærumnis agitata,
tandem in Salsiniensi monasterio, die
& horâ mortis longè antè prædictâ,
clarum prophetiæ dono, & omni vir-
tutum genere ornatissimum spiritum,
in manus familiarium tibi cœlestium
epheborum tradidisti. Non dubito, te
adhucdum esse sollicitam, ut sacratissimum
divini amoris pignus digno honore, præ-
sertim in non indigna sumptione, colatur.
In hunc gravissimum reatum ne incidam,
tu me, obsecro, præserva: simulque ama-
bilissimum Jesum exora; ut, quod Doctor
Angelicus cecinit, sicut se moriens mihi de-
dit in pretium, sic regnans det in præmiũ.

S. Ber-

S. BERNARDUS, ser. 1. in Cena D.

Si quis vestrum non tam saepe modo, non tam acerbos, sentit iracundiae motus, invidia, luxuria, & ceterorum hujusmodi: gratias agat Corpori, & Sanguini Domini: quoniam virtus Sacramenti operatur in eo: & gaudeat; quòd pessimum ulcus accedat ad sanitatem.

Evcha-
ristia
minuit
tentati-
ones.



6. Aprilis. 8. Idus.

B. HENRICE, monache Villarien-
sis: cui Cisterciensium ritus & vitæ
norma, adhuc puero, adeò placebant; ut vix expectata annorum maturitate, ad suscipiendum habitum properaveris. Nec deferbuit tam altè radicata cupidò consequendi summam perfecti-
onem: sed quò longiùs progrediebaris, tantò minus te complexum esse ratus, ad majora semper anhelabas. Ante reliquas virtutes elucebat in te ardentissima charitas; qua omnia factus omnibus, jam inter vivos sancti nomen obtinuisti. Accedentibus deinde post obitum miraculis, quasi ad novam vitam productus, elevato supra terram sepulchro

Circa
annum
1238.

Charitas.

chro, publicam excipis venerantium honorem. *Charitas, qua nunc in Deo totus ignis es, te, rogo, persuadeat; ut & mihi nobilissimam illam virtutum impetres: repulsam te pati non siner, cujus propria natura est Charitas.*

Vixit
circa
annum
1211.

B. JOANNES: qui in Villariensi cœnobio tyrocinium alacri animo ingressus, haud exiguæ olim sanctitatis spem fecisti: cùm maturas in juvene virtutes, maximè humilitatis & obedientiæ amorem, præter incorruptam innocentiam, omnes in te admirarentur. Verùm illæ animi dotes superis quoque arrifere: à quibus, nondum completo probationis curriculo, ad suum consortium assumptus es. *Agnoscam*

Vera sit ego ex tua tam tempeſtiva ſanctimonia, non ficta virtus. *quàm rudis adhuc tyro ſim in ſtudio perfectionis. Fac me ſolidæ virtutum veritati, non larvato hypocrifiſis figmento incumbere: ut poſito ſincero fundamento, in hac ſchola quotidie doctior, id eſt melior evadã.*

S. BERNARDUS, ser. 34. in Cant.

Tria
genera
humili-
um

Quanti humiliantur, & humiles non sunt. Alij cum rancore humiliantur, alij patienter, alij libenter. Primi rei sunt, ſequentes innoxij, ultimi juſti.

7. Aprilis



7. Aprilis. 7. Idus.


B HERMANNE, Hemmenroden- *Circa*
 sis Converse: cujus purissimam sine *annum*
 labe innocentiam ne homines ignora- *1170.*
 rent, à brutis didicere; quæ ad nutum
 tibi obsequebantur: quasi vocis Divi- *Bruta*
 næ recordarentur, qua primus homo, *ei obe-*
 nondum reus violatæ legis, accepit u- *diunt.*
 niversale imperium in animantia, non
 obsequij, licet rationis expertia. Quan-
 to devotionis affectu Augustissimam *Miran-*
 cæli Reginam colueris, ex reciproco *duis in*
 illius in te amore, & vel uno hoc admi- *eum*
 rabili favore liquidum est. Cùm enim *Mariæ*
 aliquando consuetas de ipsa preces à *favor.*
 te non ex integro persolutas tunc pri-
 mùm memoria suggereret, postquam
 lassâ diurno labore membra in strato
 ad quietem composueras; ideòque ad
 orandum consternatus exsilires; ele-
 mentissima Virgo jussit, ut necessario
 sopore corpus refocillare pergeres: se
 interim solitum pietatis pensum sibi
 pro te persoluturam. Instante tandem
 fidelis obsequij fine, ab eâdem cogno-
 visti horam mortis: quam ut tantò læ-
 tior obires, etiam destinatam tibi in
 cælo gloriam mortalibus oculis inspi-
 ciendam præbuit. *Ora gloriosam, & gra-*
tiosissi-

Devotio in precibus. *tiosissimam Dominam meam; ut non permitat somnum oculis meis, nec palpebris meis dormitationem, donec quotidie integrè attentè, ac devotè, persolverim orationis pensum, ad quod me vel leges obstringunt, vel animæ necessitates ad piam consuetudinem applicavere.*

Obijt circa annum 1230. **B. ERMENRUDIS:** quæ sanctæ Julianæ Corneliensi, tam inter prospera, quàm adversa, inexpugnabili fide adhærens, ærumnarum ejus, in exilio, ac in patria beatitudinis consortium meruisti. *Si patientiæ, & præmij, eadem esset quoad diuturnitatem mensura; daretur forsitan aliquis querelæ locus: quia verò momentum compensat æternitas, quis non libenter tecum perseveret in cruce, sinè qua postmodùm vivet beatus, quamdiu Deus erit Deus?*

S. BERNARDUS, ser. 43. in Cant.

Jugum Christi leve. *Erit quandoq; nobis ingens cumulus gloriæ, qui modò est fasciculus myrrhæ. An non fasciculus, cujus jugum suave est, & onus leve?*



8. April.



8. Aprilis. 6. Idus.

B GUILIELME, quem ex Abbatiâ *Promo-*
Villariensi Claravallis ad suum re- *tus año*
 gimen, & claritatis augmentum af- *1235.*
 sumpsit. In utriusque autem loci ad-
 ministratione benevolas manus tam
 filijs, quàm egenis, pari sollicitudine
 porrexisti; liberalitatem tuam DEO
 per inaudita miracula juvante. Cùm *Bos di-*
 enim aliquando bovem mactari præ- *scribu-*
 cepisses, quo pauperi & graviter infir- *tus in*
 mæ mulieri subvenires: atque is jam *paupe-*
 in frustra divisus, morbidam non à fa- *res, vi-*
 me solùm, sed etiam ab ægritudine li- *vus re-*
 beravisset: altera die, carniam reliquijs *peritur*
 nusquam inventis, idem omnino bos,
 ejusdem coloris & formæ, è stabulo ad
 aratrum ductus est. Aliàs araneum be- *Arane-*
 ne grandem, sacro Calici illapsum, si *um il-*
 nè horrore glutijsti illæsus: pestifero a- *læsus*
 nimali, post integri anni circulum, *glutit.*
 absque damno per parvam digiti pu-
 stulam egresso. Plurimis ejusmodi pro-
 digijs clarum, Gregorius IX. unà cum
 alijs Abbatibus Romam vocavit, Con-
 cilij authoritate frenum protervæ ty-
 rannidi Friderici Imperatoris injectu-
 rus. Quò quidem impium prædonem
 damnavit sacer ille Senatus; sed in re-
 ditu

*Multa patitur pro Ec-
clesia.* ditu non pauci in illius retia incidistis;
inter quos & te in Lombardiæ finibus
comprehensum, in carcerem detruxit.
Cujus gravissima incommoda invicto
animo perpeffus, in ipso libertatis li-
mine, inter filiorum, te anxie quæren-
tium manus, exspirâsti. Tuum verò

*Castitas in mor-
tuo pro-
digiosè
protegi-
tur.* corpus, cùm pro recipiendo ultimo
charitatis officio, in lavacro jaceret;
tam luculentos de se radios diffudit:
ut hebetati intuentium oculi, ne mem-
bra quidem inter se discernent: cœlo,
ut etiam post fata puritati tuæ angeli-
cæ patrocina-retur, vestem prodigiosi
luminis in tegumentum pudoris sub-
sternente.

*In mor-
te glo-
riosus
appa-
ret.* Ipsâ porrò mortis horâ cu-
idam sanctæ virgini, ornatus aureâ, ru-
beisq; gemmis distinctâ chlamide visus
es, quas patientiæ tuæ præmium esse
dicebas. *Veluti nulla virtus aliunde, nisi*

*Casti-
tas.* è cœlo trahit originem: ita vel maxime ca-
stimonie Verbum non omnes capiunt, nisi
quibus datum est. Tu præcinge fortitudi-
ne lumbos meos, ut periculosa hostium
tela illæsus excipiam, magnòque semper
animo repellam.

S. BERNARDUS, Tr. de mor. Episc.

*Enco-
mium
Castita-
tis.* Differunt quidem inter se; homo pu-
dicus, & Angelus: sed felicitate, non
virtute. Sed etsi illius castitas felicior,
hujus

bujus tamen fortior esse cognoscitur. Sola est Castitas, quæ in hoc mortalitatis, & loco, & tempore, statum quendam immortalis gloria representat.



9. Aprilis. 5. Idus.

B GUILIELME, ex strenuo milite, *Obijt*
 ac opulentissimo domino Montis *anno*
 Pessulani, humilis & pauper asceta cœ- *1157.*
 nobij Grandissilyæ in Vasconia. Qui
 abjectis voluptatum irritamentis, tanta
 generositate animi fortissima Obedientia
 arma induisti: ut vitæ rigore, ac humilitate,
 nulli esses omnino secundus; admirandus
 omnibus & charus; maximè mellifluo BERNARDO. *Charus*
 Quem cum in sua Claravalle languentem *S. Bern-*
 inviseres; atque ad propria reme- *nardo;*
 aturus, non sine vaticinio quodam sensu
 tristitiæ discederes; tanquam non ultra
 illum inter mortales visurus: hac te
 solitudine liberaturus, promisit: effecturum
 se, ut desiderium tuum denovo in hac
 vita impleatur. Illa igitur *qui ei*
 nocte, quam piissimus Pater habuit in *mortu-*
 terris ultimam, te per visum dulciter *us pri-*
 affatus, ad radices montis Libani *duxit:*

mo ap-
paret.

Ex eo
omnes
Europæ
Princi-
pes ori-
ginem
trahunt.

duxit, ac post breve colloquium, in altum se libravit, te inter pias lacrymas spectante, ac præmonito, te paucis abinde annis secuturum. Quem quidem cœlestis Libani ascensum in disitis Iberiæ oris invenisti; in quas ad duo condenda monasteria fueras destinatus. Gloriosam tui nominis memoriam nec sera posteritas ignorabit: cum hoc præsentis sæculo, post obitum tuum quinto, nemo sit ex Imperatorum, Regum, ac Principum numero per universam, quæ patet, Europam, qui suam ex sanguine tuo stirpem non derivatam agnoscat. Eant nunc monasticæ continentiæ mastiges, & assurgentia ex humilis Obedientiæ radice tot summa regnorum capita suspiciant. *Etiam in meo corde planta, ô Beate, hanc obedientiæ sanctæ radicem. Sterilis non erit, quin aliquos in me virtutum fructus germinet.*

S. BERNARDUS, ser. 28. in Cant.

Obedi-
entia. *Felix, cui Veritas attestatur, dicens: In auditu auris obedivit mihi. Dignus, qui videam: qui priusquam videam, obedisse invtنيار. Securus videbo, ad quem me obedientiæ munus præcesserit.*

10. Aprilis



10. Aprilis. 4. Idus.

BESKYLE, cui cognomen Ma- *Obijt*
 gni conciliavere partim origo, ex anno
 Regio Danorum sanguine deducta; *1181.*
 partim magnus ille animus, quo sum-
 mos honores, pari authoritate, pru-
 dentia, & eruditione, diu inter adver-
 sa & prospera, gloriosè administratos,
 ad infimum denique humilitatis gra-
 dum depressisti. Juventutis quidem
 aurora tam felix ætatis crepusculum *Propē-*
 non promittebat: dum solito aularum *det ad*
 vitio, ingestæ vanitatum illecebrę no- *mundi*
 bilissimam indolem ad vitiorum præ- *vanita-*
 rupta traducébant. Jámque dulcedo *tes:*
 pravæ consuetudinis penè obduxerat
 callum; cùm invalescenti malo mise-
 ratio Divina medelam apposuit, qua
 luxurians furculus, velut ex vulnere,
 meliores deinceps fructus proferret.
 Morbum nempe immisit, eúmque fa- *morbo*
 talem: quo cùm exanimi similis jace- *corripi-*
 res, post horæ spatium, quasi è somno *tur,*
 experrectus, stupentibus, qui lectum
 cingebant, narravisti: Te non sopore,
 sed gravissimo negotio per id tempus *Et visi-*
 fuisse obrutum. Ductum in spiritu ad *one ter-*
 incendia damnatorum, iisdémque in- *retur.*
 jectum: inde tamen reptando evasisse
 M ad

ad tribunal quoddam immensi splendoris, cui cœlorum Imperatrix infederat. Sed & ab illa bis repulsum, clementiam denique & libertatem non aliter post multas lacrymas impetravisse, nisi votivo promisso; te quinque modijs ex tuis aliquando proventibus honori suo litaturum. Ænigma tibi tunc in angustijs posito fuerat hæc mulctâ: at postmodum sphynge non eguit Dania, quando Episcopus primum Roschildensis, inde Archiepiscopus Lundensis, utriusque regni, Daniæ ac Sueciæ Primas, Legatus insuper Apostolicus, autoritate & liberalitate plusquam regia, è quinque florentissimis Ordinibus totam illam plagam implevisti: conditis monasterijs, & alijs Ecclesijs sine numero: unum omnibus MARIÆ Sospitricis titulum præferentibus. A Cistercio initium sumptum est: impetratis à mellifluo BERNARDO monachis, qui populo, hætenus Angelicæ in terris vitæ ignaro, primi nascentis Ecclesiæ vivam imaginem repræsentarent. Vis sis BERNARDI filijs, tam ardens desiderium ipsiusmet sanctissimi Patris concepisti: ut contemptis viarum molestijs mox Claramvallem petieris, inde nunquam recessurus, nisi BERNARDUS

*Voto se
Mariæ
obligat:*

*Et libe-
raliter
persol-
vit.*

*Ejus in
S. Ber-
nardii
amor.*

DUS

DUS obstitisset: spiritu vaticino: præ-
 noscens; quàm multorum adhuc salu-
 tem paritura sit: tua: inter indomitas
 illas gentes præsentia. Itaque redire
 coactus, panem bina coctione, ut mi- *Reli-*
 nùs corrumpetur, duratum, dulcissi- *quias*
 mo Patri benedicendum obtulisti: sed *de vivo*
 ille simpliciter pistum tradidit; secu- *Ber-*
 rum te faciens, diutiùs fausta precatio- *nardo*
 ne conservandum, quàm igne bis t'erq; *secum*
 repetito. Id pluribus post annis expe- *aspor-*
 rientia comprobavit; pane illo tam vi- *tat,*
 vidum odorem retinente, ac si recens
 è forno prodijisset. Dentem, præterea
 ac de capillis ejusdem sancti tecum, ve- *mira-*
 lut opima spolia, reportasti; multis, il- *culis*
 lo adhuc superstite prodigijs (præsertim *exinde*
 in profligando ab obsessis dæmone) *celeber-*
 clarissima. Ut autem nullum omitte- *rimas.*
 res sanctæ administrationis munus, ad
 remotiora regni, à superstitione non-
 dum repurgati, viros doctrinâ & pie-
 tate insignes, tanquam Apostolos, de-
 legisti. Otium aliquod à regni nego-
 tijs, quorum potissima moles tuis hu- *Loca*
 meris incumbibat, subinde nactus, se- *sancta*
 pulchrum Servatoris, aut Apostolo- *visitas:*
 rum Limina sub Hadriano & Alexan-
 dro III. Pontificibus devotè invisisti.
 In quo posteriori itinere ab impijs Fri-
 derici sicarijs captus, spoliatus, multif-

Calamitates pro Ecclesia sustinet que contumelijs intrâ carceres affectus es, ne Apostolicæ dignitati sua laurea deesset. Vinculis te statim exemisset interposita Alexandri sollicitudo; qui Legatis à latere Cardinalibus, & Rescripto, Christi Vicarij digno, Fridericum increpaverat: nisi avaritia prædonum auro potiùs, quàm minis, fuisset expugnanda. Quo ex Dania in grande lytrum transmissio, sedem Pontificiam cum totius regni summa lætitia repetijsti. Tandem per labores indefessos constabilitâ, tam sacri quàm civilis statûs concordia, ab Alexandro, & Rege missionem obtinuisti, ac potestatem (tantum prudentiæ tuæ deferre batur) denominandi successorem. His rebus compositis, quidquid opum supererant, in pauperes, jam aliàs tua benignitate ali solitos, effudisti: vix reservatis impensis, ad petendam Claram vallem necessarijs. Abeuntem excipiebant per urbes vicôsque tristissimæ subditorum voces, plorantium: amittere se communem Patrię Patrem, asylum Justitiæ, orphanorum Tutorem, oppressorum refugium, Fidei lucernam, totius denique regni unicum ornamentum. Sed etsi ad reciprocas te lacrymas movebant hi fletus; non tamen morabantur impatienter prope-

peran-

perantem, & jam uni Clarævalli intentum. Ad quam cum feliciter appu-
 lisses, nemo sine admiratione aspexit, *Monachum in Clavalle induit.*
 subito regnorum Primatem stare in
 choro, in mensa federe tyronum po-
 stremum: venerandam canitiem infra
 juvenes sese demittere: regnorum cla-
 vo assuetas manus colligendis in agro
 spicis inclinari: vigilijs, orationum in-
 stantiâ, & victus austeritate, delicijs
 innutritum assequi illos, quos longa
 exercitatio ad patientiam ejusmodi la-
 borum firmaverat. Ceciderat inter *Fratre è purgatorio liberat.*
 hæc in prælio frater tuus germanus:
 qui in pœnis piacularibus detentus, à
 te subsidium flagitavit, ac sine mora
 libertatem obtinuit. Quatuor annis te
 gavisa est Claravallis: post quos san-
 ctissimè transactos, à laboribus ad qui-
 etem, emeritam animam transmisisti.
Dij (quod veteres dicere solebant) laboribus omnia vendunt; sed maximè cælum: dignum nempe, quod non labore solùm, sed labore tormentis ematur. Tu me ad labores meos, si cum tuis comparavero, planè levissimos, animosè superandos excita: & doce, nullam optare quietem, nisi quam vitæ finis dabit, æternam. *Labore cælum emitur.*

B. BERTRANDE: qui Cistercio Obijt
 coævus, primogenitam ejusdem Fili-
 am nactus es sponsam: felici augurio, III 7.

Firmitatis nomine insignitam: ne dubitarent posteri de solida firmitate sacri Ordinis, non nisi cum orbis terrarum ruinis spectaturi suum occasum.

Quatuor annos in regimine consumpsisti, cā quidem sanctitate & industriā, ut penè gloriam Matris adæqua-

Fervor *veris: Rogo te, o beate, ne permittas me ul-*
trā sordescere in vitioso tepore meo. Infun-
de mihi in hujus morbi remedium, sancti
in supe- *fervorem, quo tu in senectam & senium*
randis *usque, per omnes laborum difficultates pe-*
labori- *netravisti.*
bus.

S. BERNARDUS, Epist. 341.

Studiū *Erubescat anima conversa ad Do-*
virtutis *minum, minori affectu sectari justi-*
tiam, quàm iniquitatem antea secta-
retur.



II. Aprilis. 3. Idus.

Promo- **B** ANGELE de Victoria: qui in Fer-
tus año **rariensi** cœnobio tyrocinium non
1520. **tam** Ordinis, quàm præstantissima-
 rum virtutum percurrens, pro vitæ &
 doctrinæ merito in diversis monaste-
 rijs officium Abbatis maxima laude &
 fructu administravisti. Tandem totius
 Congre-

Congregationis Hispanicæ Reforma-
 tor Generalis electus, talem te in opere
 illo, laborum plenissimo, exhibuisti,
 qualem omnium piorum vota exopta- *Abba-*
 verant. Dum Abbatem agebas, animi *tis egre-*
 demissio te fecit, ultimis parem: solici- *giæ*
 tudo, præsertim circa infirmos, omni- *virtu-*
 um solatium: charitas, quâ singulis ne *tes.*
 cessaria providebas, omnibus venera-
 bilem: mansuetudo denique, quâ erga
 delinquentes utebaris, verè te Ange-
 lum pacis demonstrabat. Ad Angelos
 porrò lucis te, post superatum patien-
 tissimè fatalem morbum, fuisse assum- *Lux in*
 ptum, testata est gemina lux cœlitus *ejus*
 immissa: quarum altera supra locum *morte*
 tuæ migrationis, in forma magni sive *appa-*
 ris sub ipso agone apparens, tecum ex- *ret.*
 spiravit, desuitque videri: altera tricli-
 nium omne illustravit, postquam in-
 ter illa psalmi: *In manus tuas commendo*
spiritum meum: placidè obdormivisti. *Mortè*
Una timoris materia, unicus terror meus, *terribi-*
est mortis illa terribilis hora. Tu, quæso, *lem fa-*
gratiam mihi impetra, quâ tremoris cau- *cit pec-*
sam, quæ nulla est, præter peccatum, pœ- *catum.*
nitentiâ, ab non nimis serâ! sed maturâ,
& seriâ, amoveam.

Sancti Martyres STEPHANE Ab- *Passi*
 bas, & ILDEBRANDE Converse: *anno*
 qui ab hæreticis Albigensibus compre- *1209.*
 M 4 *hensi*

hensi, alter triginta sex, alter viginti quatuor vulneribus confossi, gloriosè pro Ecclesiæ Catholicæ veritate occubistis. *Orate pro me: ut qui Martyrj palmâ dignus non sum, longum saltem martyrium corporis mortificatione, ac dignâ pro peccatis meis pœnitentiâ, ducam.*

S. BERNARDUS, ser. 30. in Cant.

Mortificatio est martirium. *Genus martyrij est, spiritu facta carnis mortificare; quo membra caduntur ferro: horrore quidem mitius, sed diuturnitate molestius.*



12. Aprilis. Pridie Idus.

Passi circa annum 1171. **B**EATI Monachi Cistercienses, conditione quidem ac dignitate diversi, sed unam ob causam passi gravem persecutionem Friderici Imperatoris: qui vos multis calamitatibus exagitados, tandem ex totius Imperij finibus injuriosè proscripsit, eò quòd legitimo Pontifici Alexandro III. contra intrusum Victorem adhæseritis. Pauca admodùm de vestris nominibus nota in terris sunt, sed ob fidei vestræ inter tot adversa constantiam, expressa in libro Vitæ. *Vos intercessione vestra facite, ut*
nomen

nomen meum non deleatur de libro viventium; sed scribatur cum Justis, cum quibus eternum cantare merear: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelis.

B. ERICE, Erici magni, Regis Danorum nepos: qui cum ad sceptrum, *Circa annum* post patris mortem, *1145.* effes evectus, ac te monachi à sancto P. BERNARDO ad instantiam Eskylli Primatis in Daniam missi, inviserent: adeò amore illorum captus es: ut constructo, regiéq; dotato monasterio de Fyonia, abjectis regni insignibus, te illis per habitus religiosi susceptionem associaveris. *Regno abdicato, mo-* Coronabant exinde regium verticem, *nachis* diadematis loco, maximarum virtutum gemmæ. Gloriabantur manus, dum pro clavo ligonem & sarculum versabant. Portabant humeri lætius detritam & asperam cucullam, quàm auro argentóque pictam chlamydem. Sed hæc nempe via regia fuerat, quâ de regno perituro ad immortale conscendisti. *Regnum cæleste devicti mundi præmium esse quanquam non ignoremus; tam fatui tamen sumus; ut mundo magis, quàm Deo servire delectet. Tu me ex ista detestabili servitute libera; quam nempe generoso animo conculcavisti.* *Regnū cæleste.*

B. THEODERICE, monache & Floruit Sacerdos inclyti monasterij Eberbacen- *circa* *sis*

M 5

sis, vir integerrimæ simplicitatis, & verè Israëlita, in quo dolus non erat.

Quamobrem DEO, cujus sermocinatio cum simplicibus est, cum primis dilectus, interiori illo lumine donatus es, quo aliarum conscientiarum arcana perspiciebas. Intereras aliquando sacrificio cujusdam presbyteri, vitam suo muneri minùs congruam ducentis. Hunc, dum sacrosanctum cibum ori indigno admovebat, vidisti pro candidi panis speciebus ignitos carbones ingerentem. *Fac, ut oculus cordis mei sit simplex & rectus: sit ad aliorum actiones cæcus: nec quidpiam aliud videat, vel discuiat, quam seipsum.*

S. BERNARDUS, ser. 24. in Cant.

Quis
rectus
corde.

Illum ego rectum corde dixerim; qui & rectè in omnibus sentiat; & à re-cto; quod senserit, in nullo dissentiat.



13. Aprilis. Idibus.

Moruit
circa
annum
1173.

HILARI: qui in monasterio Bonævallis in Delphinatu, sub disciplina sancti Hugonis Abbatis pijsimè instructus; cum insignes virtutum tuarum flores, uberem cum ætate sanctitatis messera promitterent, eos adhuc
imma-

immaturos hortis cœlestibus inseruisti. Ac ut tristem de tuo decessu Præfulem solatio afficeres, eidem instar solis resplendens, apparuisti. *Præcox autem Mors immatura mors non est, serius, an citius obviat; nisi quæ sinè fructibus innocentia, vel pœnitentiæ obitur. Illis me carere non ignarus, ora, ut his eandem præveniam.*

B. I. D. A., Lovanii in Belgio nata: virgo verè dilecta DEO, & præter DEUM nihil amatura: utpote quem sub Panis velamine latentem, adhuc infans, per templa quærebas avidissimè: quem etiam septennis Sacro assistens, dum Sacerdos Consecrationis verba proferret, instar lucidissimæ stellæ in aram descendere vidisti: solita inter labores domesticos suavis, & penè plusquam mortali voce, carmina de illo cantillare. Avari parentis, prodigam tuam in pauperes manum exosi, verborum ac verberum fulmina, molli patientiæ scuto excipiebas innoxia: quæ tamen mox cœlum in avaritiam retorfit; vino in cellarijs parentis corrupto: quod tu tamen, ut bono malum vinceret, in meliorem protinus saporem precibus tuis restituiisti. Profligato hoc bello ad alia te certamina provocavit hostis infernalis; cujus monstrosa ludibria orationum

nūquā est præmatura

Obijt

anno

1131

In SS.

Eucharistiam devotio infantis.

Vincit in bono malum

Et precibus

*gni in-
festati-
ones.*

tionum armis, ut fumum flatu dissipavisti. Cúmque spissa nocte ad incutendum terrorem, feretrum statuisset, ex quo assurgens cadaver in te profili-ebat: tu cœlites appellans, etiam tunc infauftum morionem explosisti. Cæ-

*Lectuli
asperis
tas.*

terùm lectulus quiescentis, compositus erat ex sarmentis virgultisque, cingulo, aculeis ferreis aspero, plumarum vices obeunte. Sic nempe, si unquam, florebat lili-um inter spinas. Enimve-

*Passio-
nem
Christi
conti-
nuè me-
ditatur*

rò spinas clavósque, qui JESUM sponsum tuum quondam cruentaverant, tam altè cordi tuo habebas infixos; ut nunquam non pungeret præsens ubique eorundem memoria. Quod pro-

*Quin-
que
Vulne-
rũ stig-
mata
illi im-
primit
Chri-
stus.*

debant perennes lacrymæ, gemitus, & cordis deliquium. In quo cum tempore quodam quasi mortua jaceres: adfuit ille, cujus amore languebas, vulnerum suorum stigmatis decorus; tibi-que in manibus, pedibus, ac latere, plagarum suarum cicatrices tam luculenter impressit; ut illarum vestigia per omnem deinde vitam remanserint ad instar gemmarum conspicua. Et pectoris quidem vulnus tam patulum erat; ut per illud etiam naturale spiramen halitûs transmearet: tanti prætereà doloris, præsertim ad digitorum, vel alterius rei contactum, ut omnem

huma-

humani cruciatûs acerbitatem excede-
 ret. Hac amoris tessera insignitam, te
 Dilectus sub peregrini pauperis perso- *Chri-*
 na invisit: cum quo postquam suavissi- *stus in*
 mē de armis Dominicæ Passionis fue- *persona*
 ras confabulata; & jam omnino in la- *mēdici*
 crymas liquefceres; ille subitò sese ocu- *cum ea*
 lis tuis subduxit; relictâ in præcordijs *loqui-*
 tuis tam penetrabili divini amoris dul- *tur.*
 cedine, quæ vitæ mortalis omnem sen-
 sum tibi diu ademerat. Contigit inte- *Sororē*
 reâ, ut soror tua diem supremum obi- *à morte*
 ret: quam cū scires in orbe altero ha- *suscitat*
 beri duriùs; iterum vivere jussisti, ut
 meliùs viveret. Adductus erat ad te, *egrum*
 remedium suæ miserię accepturus qui- *solo a-*
 dam teterrimo morbo laborans. Vix *spectu*
 in conspectum tuum venerat; cū, ne *sanat.*
 signo quidem à te dato; pestifera lues
 momento evanuit. Piscibus, aliisque *brutis*
 brutis, utebaris ad tua jussa promptissi- *impe-*
 mis. Cū aliquando te non tam cor- *rat.*
 poris, quàm cordis, divino amore
 languentis morbus, præter morem diu
 solitariam in lectulo detineret: non de- *à calu-*
 fuit impudens invidia, quæ tibi gra- *mnia*
 vissimi sceleris calumniam audebat *divino*
 imponere. Verùm subitaneus splen- *lumine*
 dor, in cubiculo aliàs obscuro, exortus, *libera-*
 te ab omni suspitione absolvit: quin *tur.*
 & dilectus tuus, sub formosi puelli spe-

Ordinē Cisterciensem amplectitur.
Ab angelis ad sacram Mensā deducitur.
Ex oculis radiis emittit.

cie bidui spatio tecum commoratus, conceptam ex illata injuria, tristitiam penitus absterfit. Quæ tempestas, ne denuo rediret, illibatum hactenus innocentiaæ florem ad monasterium Vallis Rosarum transferre decrevisti: rectè lilia rosis adjungens; ut per omnia Dilecto similis, candorem Cisterciensem rosarum rubori misceres. Vestem novam nova sequebantur è coelo charismata: quorum illud præter alia innumera præcipuum erat, quòd ad Divinum Epulum accessuræ, ministri cœlestes adesse, & te ad sacram mensam deducere cernebantur: eo autem die corporalem cibum ventriculus omnino non admittebat. Spirabat charitatis divinæ potiùs, quàm suo spiritu corpus: unde labores manuum exercere ideo solùm cogebaris, ut in terris adhuc te degere sentiret; rapta per diem sæpiùs ad cœli altissima. Inde verò reversa, quo loco fueris, radij monstrabant, quos ex oculis cum admiratione spectantium evibrabas. Quod iter cœlestene toties relegendum esset, tandem ibi pedem, nunquam reditura, fixisti. *Parce Imperator! dixerat ille miles Romanus, qui scutum telis refertum, amissis armis, è pugna revulerat. Tu gloriosa corporis tui stigmata Divinæ majestati exhibe,*

hibe,

habe: & quia tu nullâ nunc misericordiâ indiges; pro me, telis miseriarum pleno, ad eandem clama: Parce Deus huic misero peccatori, te per me deprecanti. Nec desine loqui, donec misericordiam impetres.

Divina
miseri-
cordia.

S. BERNARDUS, ser. 22. in Cant.

Omnino propter mansuetudinem, quæ in te prædicatur: currimus post te, Domine Jesu: audientes, quòd non spernis pauperem, peccatorem non horres.

Man-
suetu-
do
Christi.



14. Aprilis. 8. Cal. May.

B. JOANNES: qui à sancto Patriarcha BERNARDO in Lusitaniam missus, noviter introducto Instituto Cisterciensi, virtutum & pietatis fervore, insigne incrementum dedisti. Consummatâ demum in magnis laboribus purissimâ vitâ, feliciter, nec sinè sanctitatis opinione, ad requiem migrasti. Adjuva labores, ac ne in vanum laborem, tu illos ad debitum scopum dirige; Dei nempe majorem gloriam, & anime salutem.

Floruit
circa
annum
1135.

Scopus
laborû.

B. EBER HARDE, Abbas, vel ex tuo solius regimine clarissimi monasterij B. MARIÆ in Salem, quod aliàs Salômonis Villa dicitur. Nihil erat

in te

*Genus,**velox**promotio.**Legatū**agit A-**postoli-**cum.**Filiam**produ-**cit,*** anno**1227.**non ig-**nobilē.**Revela-**tiones.*

in te humile, præter animum, hujus virtutis amantissimum. Genus quippe ex stemmate perantiquo Comitum de Dordorff. Indolis dotes eximiæ; utpote quas jam in juvene communia vota ad clavum evexere. Nominis mox fama celeberrima, quæ Romam usque penetravit: eâ enim moti Innocentius, & Honorius III. Pontifices, tibi munus Apostolici Legati per Germaniæ partes, ad circumferendum contra Sarracenos Crucis vexillum, imposuere. Fœcunditas porrò filiorum insignis: è quibus coloniam ad Helvetios duxisti; genitâ, circa regiminis tui medium, * Maristellâ; ac ad eam condendam misso Abbate Conrado, Patri in multis, si non per omnia suppari. Id sanè quammox initia testabantur; sub quibus Filiam, ex tantis parentibus prognatam, adhuc in cunis amabant, fovebantque, vicini Nobiles: quorum superstes in sepulchrorum inscriptionibus memoria, veterem Maristellæ claritudinem haud obscure demonstrat. Neque te homines duntaxat, sed etiam cœlum honorabat, tibi per revelationes familiare. Ea illustrior, qua te per visum monuit Servator; ut venturos ad te sequenti luce suos equos haberes commendatos. *Mysterium hujus moniti*

moniti dies exposuit; dum hospitio excepisti duos, ex noviter tunc orto Fratrum Prædicatorum Instituto: qui de incognita in illis ditionibus vitæ suæ norma à te requisiti, ex vaticinio Zachariæ [cap. 1.] piè doctèque disse- rebant, se mystica significatione simi- les esse equis, ob oculos Prophetæ ver- santibus. Tum redeunte in memori- am visione; postquam illorum pedes humillimè lavisti, ac deosculatus es: non illis tantùm, sed toti deinceps sa- cro Ordini liberalissimas manus, ad sublevandam paupertatem, præbuiisti. Ut denique rerum gestarum magnitu- dinem vitæ diuturnitas æquaret; quin- quaginta solidis annis Salemium, vi- vidus semper, & vegetus, gubernâsti: planè meritissimus, qui Jubilæum æ- ternum apud Superos celebrares. Ha- bemus in te, Magne Præsul, vivum pie- tatis exemplar, & sanctimonie speculum. Tu gratiam impetra, qua æmulemur illa nobilia virtutum charismata, quæ in te depingit quærens Mellifluus noster.

Animi demissio insignis.

Abbas agit 50. annis.


Imitatio virtutum.

S. BERNARDUS, ser. 12. in Cant.

Quis putas, est jucundus homo, qui miseretur, & commodat? pronus com- pati, subvenire promptus: dare, quàm accipere

Virtutes viriles.

accipere, beatius judicans: ignoscere facilis, ulcisci penitus non acquiescens: & per omnia proximorum aequè ut proprias respiciens necessitates?



15. Aprilis. 17. Cal. Maij.

*Transit
ad Cla-
ram-
vallem
anno
1121.*

B. GODUINE: qui cum in monasterio Aquiscincti diu pijsimè sub disciplina sancti Legislatoris Benedicti vixisset; cupiditate amplioris profectus, & sancti P. BERNARDI amore, ad Claramvallem transijsti: ibique brevi temporis intervallo, ab eodem dulcissimo Patre in cœlum trãsmisus, meruisti inter beatos ejus filios numerari: prout ipse in datis ad contristatum ex tuo discessu Abbatem tuum literis gloriatur. *Utinam ego tuum proficiendi desiderium imitari, & sic vitam instituere satagam; ut Mellifluus Parens aliquando de me dicat, quod de te jam mortuo scripsit, epist. 65. [Meus erat vivus, meus erit defunctus, meum in patria recognoscam.]*

*Circa
annum
1116.*

B. CHRISTINA, DEO & hominibus amabilis virgo, in monasterio S. Waldburgis prope Coloniam, Institutum Cisterciense professa: *cujus purissimam*

simam animam adeò diligebat Virgini-
 num sponsus, ut unà cum sacratissima, *Christi*
 quam habuit in terris, familia, MARIA *Nati-*
 Matre, & Nutritio Josepho, ad te de- *vitas ei*
 scenderit; ac præter alios favores, *cælitus*
 jucundissimam scenam suæ Nativita- *ostendi-*
 tis oculis tuis exhibuerit. Quo specta- *tur.*
 culo ita divino amore succensa es, ut
 vitæ præsentis tædio, cælo importu-
 na esse non desieris; donec de mortis
 adventu præmonita, felicem ingres-
 sum obtinueris. *Inspiciam & ego piæ*
meditationis oculis immensum Redemptio- *Medita-*
nis meæ beneficium: ut per hanc pietatem *tio my-*
& augeatur in me amor Dei, & terrestris *sterij.*
illa sanctissima Trias inducatur ad præ- *redem-*
bendum mihi in necessitatibus meis auxi- *ptionis.*
lium.

S. BERNARDUS; serm. 20. in Cant.

Adstet oranti, Hominis Dei sacra & alio-
imago aut nascentis, aut lactentis, *rum, o-*
aut docentis, aut morientis, aut resur- *rantem*
gentis, aut ascendentis, & quidquid *juvant.*
tale occurrerit: vel stringat, necesse
est, in amorem virtutum; vel carnis
exturbet vitia, fuget illecebras, desi-
deria sedet.

26. Apri-

16. Aprilis. 16. Cal. Maij.

Obijt
anno
1156.Abba-
tiâ re-
lictâ fit
mona-
chus.Ange-
los vi-
det,Et dæ-
mones,
quorû
insidi-
as dete-
git.Amor
S. Ber-
nardi

B. GUILLIELME: qui ne sinè BER-
NARDO, tibi præ cunctis mortali-
bus amato viveres, sinè Abbatiali ho-
nore, quam in monasterio S. Albin
Benedictinus obtinebas, vivere decer-
nens monachi privati habitum in Cla-
ravalle induisti. Ubi te angelica men-
tis & corporis puritas ad intimam cœ-
lestium spirituum familiaritatem ad-
movit. In quorum quotidiano con-
fortio, jam mortalis, cœli te civem esse
lætabar. His oculos tuos divino lu-
mine illustrantibus, malignos quoque
spiritus conspiciebas; iis præsertim ho-
ris, quæ in communi quietis nocturnæ
loco monachos detinebant. Ibi enim
sub varijs larvarum formis eosdem
vidisti dormientium cogitationes lu-
dicro mimo repræsentantes; quibus
aut à stygio illo grege infestarentur in-
viti, aut per corruptæ naturæ phantas-
mata premerentur. Fuit hæc tua in te-
nebris conspicua lux multis saluti; qui
à te instructi, tales insidias idoneo re-
mediorum antidoto prævenire didice-
rant. Quanta porrò charitate te fuerit
prosecutus Parens mellifluus, ex eo pa-
tet; quòd statim post obitum suum ti-
bi

bi in oratione vigilantibus, comite S. Malachia, apparere, diem vicinæ tuæ mortis, & jam destinatione divina certam in altera vita felicitatem, indicare dignatus fuerit. *Non est opus, ut oculis corporeis intuear insidiantem saluti meæ hostem nequissimum: docet experientia quosidiana, quàm non dormiat irrequietum malum. Tu doce me, prout alios docuisti, spiritualibus armis ejus insultus prevenire.*

*erga
ipsum.*

*Armis
spiritus
superandus
malus.*

B. GUARINE, Pontiniacensis monasterij primùm, inde Bituricensis Ecclesiæ Præsul: qui doctrinæ & sanctitatis famâ clarissimus, Albigensium falsa dogmata strenuè ex Archiepiscopatu tuo eliminasti. Ut obsequium Divinum majore cum decentia perageretur, Canonicos numero & redditibus, sed ante omnia moribus in meliorem formam redactis, auxisti. Romam ad Concilium Lateranense vocatus, non sinè insigni laude & gloria in Gallias redux, paulò post properasti ad concilium beatorum in coelis. Vitæ cæ-
Etiam mihi vivendi canones melius inculca. Si amor ac timor Dei sit primus & ultimus actionum mearum canon; jam certum est, me non posse aliter, quàm feliciter vivere & mori.

*Obijt
anno
1181.*

*non, timor & amor
DEI.*

B. SILVANE, Abbas Rievallis in Anglia

anno
1199.

*Erudi-
tio cele-
bris,*

*indu-
stria,*

*& san-
ctitas,*

*cum
pari
humi-
litate.*

Anglia: ad quem honorem tot sancti te promoverunt, quot numerabantur suffragia: cum sæculum illud per totam insulam, sed præcipuè in Rievallè insignium virorum feracissimum, vix optionem inveniret, in quem potissimum dignitates conferret, nemine non dignissimo. Eruditionis tuæ plura supersunt epistolarum monumenta, quas Apostolico Tribunali in causis difficillimis obtulisti: atque vicissim Rescripta Pontificum, Juri communi inserta; quibus negotia, multorum annorum litigijs intricata, tuæ prudentiæ decidenda committebantur. Sunt, qui te vitæ sanctitate cum magno Antonio, morum integritate, & animi demissione cum Paulo Simplici comparare; in reliqua Ordinis observantia, rigore nimirum victus & spontaneis afflictationibus, his alijsq; præferre, non dubitaverunt. Quæ tamen virtutum insignia cum orbis in te admiraretur, te solum illa scire prohibebat humilitas, qua duce post negotiorum strepitus te intrà te ipsum recipiens, tuimet (cui perpetuò studebas) cognitionem haurire consuevisti. *Necessaria prorsus, & tuis mihi meritis à Deo impetranda, cognitio: utpote quam veteres ex solo rationis lumine censebant virtutum primam,*

& Sapiencia Christiana unam consequen-
de salutis viam agnoscit.

S. BERNARDUS, ser. 36. in Cant.

Si ignoras te, non habebis timorem ^{Cogni-}
Dei, non humilitatem. An verò sine ^{tio sui.}
timore Dei, & humilitate de salute
presumas, tu videris!

17. Aprilis. 15. Cal. Maij.

S. STEPHANE, in Anglia ex no- ^{Obijt}
bili Hardingorum familia oriunde: anno
cujus indolem ad omnia summa na- 1134.
tam cum præveniens Divina gratia à
cunis ad pietatem traxisset; primos a- ^{Pia il-}
dolescentiæ annos inter disciplinæ re- ^{lius ju-}
gularis & literarum elementa in mo- ^{ventus}
nasterio Schirburnensi traduxisti. Al-
tioribus inde scientijs erudiendus, in ^{studia,}
Scotiam primùm, postea Parisios in
Gallias transfretasti. Ibi studijs divi-
nis profanisque abundè libatis; Ro- ^{Pere-}
mam; sacros Principum Apostolorum ^{grina-}
Cineres veneraturus, iter suscepisti: ad- ^{natio,}
hibito in comitem clerico: cum quo
juxta statutum orationis pensur, to- ^{devotio.}
tam psalmorum quot diebus seriem
decantabas; devotionem nullis viæ
incommodis impredientibus. Per Gal-
lias

Molif- viſurus, Molifimum properaſti; dimiſ-
menſi- ſoque ſocio, te illi religioſo cœtui ad-
bus ſe junxiſti. Ubi cùm pleroſque Patri diſſi-
associat miles filios, & à rigore S. Regulæ quo-
 tidie longiùs recedentes, quin & libe-
 riùs ad perfectionem exhortanti inju-
 rios fuiſſes expertus: unà cum Alberi-
 co eremum petiſti. Sed Epifcopi man-
 dato revocatus, non tamen omiſiſti,
auctor paris fervoris confortibus ſuggerere
eſt con- conſilia deferendi Molifimum, atque
ſilij de alibi ſedem indagandi, in qua ſinè te-
petendo pidorum obmurmuratione liceret eſſe
Ciſter- ad votum pijs. Conſcio igitur, & deſi-
cio. derijs tuis favente Roberto, Hugonem
 Lingonenſem Epifcopum, tunc Lega-
 tum Apoſtolicum, & Othonem Bur-
 gundiæ Ducem, non ſinè ſocijs, con-
 veniſti. A quibus publico Inſtrumen-
 to munitus, divinitùs oſtenſam Ciſter-
 cienſem ſilvam monaſticæ habitatio-
 ni proprijs manibus aptaviſti: ipſo ſta-
 tim Roberto cum aliquot ſupra vigin-
 ti ſocijs ſequente, & locum per ritus
 ſolennes inaugurate. Sub cujus annu-
 ali præfectura Subpriorum, & ſucceſſo-
 re Alberico Priorum egiſti. Illi dein fa-
 tis raptò, communi calculo, quamvis
 (datâ

datâ operâ, electionem declinaturus, *Abbas*
 absens, suffectus; primam curam pro- *eligitur*
 movendæ semper altius perfectioni re- *invitus*
 gulari impendisti: debile in speciem
 fundamentum cogitatæ moli subster-
 nens, arctissimam paupertatem: rele-
 gatis per leges undique rebus omni- *Pau-*
 bus, quibus nomen paupertatis non *pertatē*
 conveniret: exclusis propterea è mo- *ante*
 nasterio Principum Curijs, atque ab omnia
 earum frequentatione monachis: imò *conser-*
 etiam ab Ecclesiastica supellectile pro- *vare*
 scripto aureo, argenteo, ac serico or- *studet.*
 natu. Præfago nimirum spiritu prævi-
 deras; non prius in Ordinem ingruere
 posse virtutum penuriam, quàm divi-
 tiarum abundantia irrepisset. Verùm
 tantæ severitatis leges penè ipsa, quam
 statim pepererant, necessitas antiqua-
 verat: nisi invicta in DEUM fiducia
 tua, desperabundos filiorum animos
 erexisset: quos primùm exemplo, osti- *Panem*
 atim emendicatis in proximo vico pa- *mendi-*
 nibus; dein prodigijs adeò confirma- *cat.*
 visti; ut omnium deinceps votum &
 amor fuerit vel extrema egestas. De-
 fecerant non alimenta duntaxat, sed *Paucis*
 etiam pro vestitu materia: de quo ad- *numis*
 monitus, fratrem Conversum ad fre- *multa*
 quentes nundinas destinavisti; jussum, *emi ju-*
 tribus denarijs, qui soli ad manus erant, *bet:*
 N jumenta

Et obtinet. jumenta, & currus, rebus necessarijs oneratos coëmere. Paruit ille: ac Vercellensis cujusdam civis munificentia succurrente, etiam ultra imperium dives remeavit. Quam Divinae Providentiae liberalitatem, ut firmam memoriâ filij retinerent impressam; eidem tam fortunato mercatori, tanquam misso de caelis Angelo, cum signis Ecclesiae, & cantu, obviam processisti. Contigit, ut sanguine minuto pauperculus focus nihil omnino cibi idonei haberet apponendum: hinc novo genere piscandi, per aëra piscis, ave bajulo, advolavit. Sublevatâ demum per fidelium largas donationes graviore sustentationis indigentia, alia molestior te coepit urgere paupertas; dum sublati per mortem senioribus, jam loco deerant inquilini: vix quoquam auso vires suas tam rigidae vivendi normae pares aestimare. Sollicitus tamen magis, quam anxius, cuidam fratri moribundo per obedientiam imperasti, ut mox post obitum, tibi certum è caelo nuncium afferret: an novum hoc Institutum in sua radice sit emoriturum: an DEO placeat, illud expectata tandem ubertate donare? Non distulit is, etiam post mortem obediens, exequi mandata: cum enim postera die intrâ clau-

claustrum vespertinę orationi vacares,
 comparuit lætissimus ille nuncius: ac
 brevè nascituros ex Cistercio tantę fer-
 tilitatis palmites promisit, qui ramos
 suos ad ultimas orbis terrarum partes
 sint extensuri. Oraculo fidem fecit il-
 lud germen honoris & gratiæ BER-
 NARDUS, quem unà cum triginta ^{Ber-}
 socijs sub eisdem dies ad tyrocinium ^{nardiis}
 suscepisti. Hujus illustre exemplum ^{suscipis}
 tantam post se traxit frequentiam; ut
 cùm omnes angustia loci non caperet,
 eorum partem miseris ad conden- ^{Et Cla-}
 dam Firmitatem: nec multò post ad ^{rævalli}
 Claramyallem dimissus cum germanis ^{præfici}
 BERNARDUS. Atque ita crescente
 in dies monasteriorum numero, con-
 vocatis Abbatibus, stabiliendę unifor- ^{Chartã}
 mitati, leges sanxisti, indito illis no- ^{chari-}
 mine, Chartę charitatis. Quam non ^{tatis}
 solùm ratam habuere Calixtus II. ali- ^{condit.}
 ñque Pontifices, sed multis insuper fa-
 voribus exornaverunt. Operi Divino ^{Fervor}
 ut imperturbata devotione assisteres; ^{in opere}
 quidquid cogitationum, licèt de se u- ^{divino.}
 tilium, illuc non pertinebat, extra fo-
 res Oratorij deponebas, resumendas,
 cùm ad negotia redires. A vita in Dei-
 param Virginem pietas, quàm cordi
 tuo profundè infederit; multis ipsa be-
 nevolentię argumentis ostendit: dum

Maria in ipsū favores & donum cinguli albi. in necessitatibus à te invocata, velox semper auxilium præbuit: aliàs in agro cum messoribus spicas colligentem, albo cingulo donavit, quo defluens in terram Scapulare vincires: tum denique, cùm caligantibus præ senio oculis, viribusque exhaustus, dimissam regiminis sarcinam, in degenerem per suffragia collatam doleres; ipsa itidem juvante, per novam Electionem gavissus es successore, quo meliorem non optaveras. Laborum tuorum & pondus & merita is digna æstimatione perpenderit, qui ad calculos revocaverit cænobia à te, & per tuas curas à filiis erecta; annos nempe triginta tuæ gubernationis æquantia. E quibus cùm vicini Abbates te jam morti proximum inviserent; & filiali sollicitudine te ad subeundum sinè metu agonem hortarentur; utpote quem tanta merita præcessissent: tu assuetæ humilitatis, etiam in illo rerum articulo, tenax, collectis utcunq; viribus: *Quid est, ajebas, quod loquimini? In veritate dico vobis; quia sic trepidus & sollicitus ad Deum vado, tanquam qui nihil unquam boni fecerim.* Inter hæc paterna monita spiritum instar placidè obdormientis emisisti. *Ecce! Magne Præsul, cor meum, tabulam rasam. Fac ex illo charitatis*

Cænobia 30. moriturus relinquit

Humilitas in morte.

ritatis chartam: scribe in illo amoris pri-
mum Dei, tanquam summi Boni, præcepta, chari-
inveniat deinde suæ dilectionis leges Ma-
ter pulchræ dilectionis: à qua & mihi cin-
gulum impetra: tu scis, quale, quàmque
necessarium.

B. BERNARDE, Villarij mona-
che: qui graves morâ & acerbitate do-
lores morborum, eâ tranquillitate a-
nimi sustinebas; ut continua vultus læ-
titia in tot afflictionibus ingens vide-
retur esse portentum. Unde autem vi-
res ad tam hilarem invictâque tole-
rantiam acceperis; in ipsa mortis hora
sancto Abundo indicâsti, qui te ami-
ctum lumine, quod cum splendore so-
lis certaret, vidit ad sidera conscende-
re: audivîtque referentem; quod pati-
entiam tuam Martyrij laureola sit in
cœlis coronatura. Afflictiones, quas
aut ex amore divino felix innocentia, aut
in peccatorum vindictam a se pens peniten-
tia suffert; spe vitæ æternæ patientis ani-
mum, & superos gaudio replent. Quidni
ergo desiderem tecum affligi, tecum coro-
nandus?

Lex
chari-
tatis.

Vixit
circa
annum
1211.

Patien-
tia di-
gna
merces.

Affligi,
quàm
utile

S. BERNARDUS, ser. 10. in Cant.

Quòd si attendamus, quantâ in uni-
us peccatoris conversione fragrantia

Gaudiû
Eccle-

N3 resper-

fixa est, respergatur Ecclesia; quantus fiat odor vitæ ad vitam quivis perfectè peccatoris. nitens profectò indubitanter pronunciabimus; quia domus repleta est ex odore unguenti.

18. Aprilis. 14. Cal. Maij.

Promotus
anno
1223.

B. JACOBUS, Archicœnobiarcha Cistercij, Generalis totius Instituti ordine XXI. Qui propter singularia gratiæ & naturæ ornamenta, per universum S. Ordinem famosissimus eras; ac proinde ex inferiore gradu ad summum euectus. Sed quanquam apud Honorium III. quod obtenta Privilegia testantur, aliòsque principes gratiosus fueras; feliciter tamen cum morte duellum speravisti, si privatus cum ea congredereris. Dignitatibus itaque abdicatis, uno sanctitatis titulo contentus, ex hac vita migrasti. *Tu honorum nomina abiicisti, ut securius morereris. Fac, ut ego nomina ingentium debitorum, quibus Divinæ majestati obstructus sum, ante mortem expungam.*

Obijt
anno
1167.

B. IDESBALDE, Abbas monasterij Dunensis in Flandria, sanctorum prædecessorum successor simillime: qui inclytum illud cœnobium per an-

nos

nos duodecim summâ tum pietate, ac prudentiâ, tum utilitate tuorum rexisti: quorum votis longiore præfecturâ satisfecisses, nisi ætas annis gravata, & quæsitâ in solitaria devotione præparatio ad felicem mortem, te ad sepouenda publici muneris negotia persuassissent. Sepulchrum tuum nobilitate vere prodigia quàm plurima: quorum illustrissimum, quia continuum, est, corporis incorrupti vivacissima species, à 500. etiam his nostris temporibus conspicua; nec ulla sui parte à quinque sæculis immutata: ita ut illud modò inspicuens arbitretur, eodem die terræ mandatum fuisse. Eodem privilegio & vestes gaudent; quæ recentissimæ inter suavitatis miræ odorem perseverant. *Quidquid de corpore meo post mortem fiat, Incorper inde est, dummodo pretio meritorum tuorum obtineam aroma divinæ gratiæ, per animæ. quod anima à laniena vermium conscientie reddatur immunis.*

B. EBER HARDE, Converse Hemmenrodensis: qui coquinæ servitijs deputatus, in simplicitate cordis tempus ita partiebaris, ut laborem oratio, & hanc rursus ille, excluso semper otio exciperet. Et hanc utriusque mixturam cœlo gratam esse, prodigia ostenderunt. Nam cùm aliquando exituris

manè ad opera fratribus cibaria parare solita sedulitate festinares; ollámq;

Ollam vacuam igni admovisses, orationi pau-
confra- lisper vacaturus; ad focum redux; æs
Etiam o- candens, affusâ nimis properanter fri-
ratione gidâ, in frustra dissilire trepidus aspexi-
repa- sti. Tum sancti Patriarchæ Benedicti
rat. in DEUM fiduciam imitatus, brevi, sed
 ferventi oratione peracta, vasi integro
 coquenda olera injecisti. Quibus men-
 sâ impositis, mirabantur vescentes, ci-
 bi solito maturiùs porrecti, optimum
 saporem, qualem antea nunquam es-
 sent experti: ignari nempe, quòd pre-
 tiosum orationis condimentum co-
 quus adjunxerit.

*Ora, ut
 exaudi-
 aris.*

*Quantum humilis ac
 devota apud Deum possit oratio, cibus ille
 animæ, & alimentum pietatis: mille exem-
 plis constat. Tu me sic orare doceas; ut pre-
 ces meæ, quod petunt, à Deo impetrent.*

S. BERNARDUS, ser. 18. in Cant.

*Oratio
 est con-
 dimen-
 tum bo-
 norum
 operû.*

*Accedat cibo boni operis orationis
 potus, componens in stomacho consci-
 entia, quod bene gestum est, & com-
 mendans Deo. Orando bibitur vi-
 num latificans cor hominis, vinum
 spiritûs, quod inebriat, & carnalium
 voluptatum infundit oblivionem.*

19. Apri-

19. Aprilis. 13. Cal. Maij.

BURCHARDE. Melliflui Magi-*Floruit*
stri in Claravalle discipule: à quo *anno*
tradita vitæ spiritualis femina in tales *1136.*
fructus exuberavere; ut eundem ha-
bueris fertilitatis tuæ laudatorem, ad
te, dum Balermæ Abbatem ageres, sic
scribentem. [Si laboravi in te, ut tu hu-
militer memoras, non me piget. Ara-
vi in spem profectò percipiendi fru-
ctûs: & spes non confundit: & de fru-
ctu operum meorum satiantur viscera
mea in terra aliena: & sentio ipso meo
experimento, semen meum non secus
viam, non super lapides, non inter spi-
nas, sed in terram bonam cecidisse.]
Hæc ille. *Tu fac, ô beate, ut semen Verbi* *Semen*
divini, quod ex lectione sacra quotidie in *Verbi*
cor meum recipio, non suffocetur à spinis *DEI.*
tentationum, non are scat in petra obdura-
ti cordis: sed germinet ubertim, meis ri-
getur lacrymis, & proferat fructum cen-
tuplum.

B. WERNERE, Prior Hemmen-
rodensis: cujus in cœlesti patria felici-
tatem DEUS beato Meynero revela-
vit: dum is circa vitæ finem in extasim
raptus, te inter alios ejusdem monaste-
rij sanctos, cucullâ candidissimâ, & so-

Obijt
circa
annum
1191.

N 5

lem


Cura
mini.
morū.

lem suo fulgore superaturá, amictum vidit; audivitque, singularem illum vestis gloriosæ splendorem esse præmium tui fervoris, quo minimas imperfectiones pari cum maximis diligentia fugisses. *Facilis est in majora lapsus, ubi minima contemnuntur. Facigitur, ut tuâ diligentia meos defectus observem; eos præsertim, quos malè minimos vocamus. Quomodo enim minimum sit, quod summum Bonum offendit?*

S. BERNARDUS, ser. I. in Cõv. S. Pau.

Negle-
ctus mi-
nimo-
rum, est
gravis
defectus.

Cavete deinceps, ne quis parva reputet, quamlibet parva scienter delinquere convincatur. Nemo dicat in corde suo: levia sunt ista, non curo corrigere. Hæc est enim impœnitentia; hæc blasphemia in Spiritum sanctum irremissibilis.



20. Aprilis. 12. Cal. Maij.

Obijt
anno
1240.

B JOANNES: Episcopo Mithelen-
sis: qui ob vitæ insignem pietatem
S. Ludovico Regi familiaris & charus,
post expletos in munere pastorali plu-
res annos, relictâ sede Episcopali, in
Clarayalle monachus, non sinè sancti-
tatis

tatis opinione, diem supremum obiisti. *Sim & ego pastor bonus, non quidem multarum ovium, sed illius ovicula, cujus curam mihi Deus adeò sollicitè commendavit, ut pro illa mori voluerit: animæ nimirum meæ; cui pascendæ ita invigilem; ut corporis curam nunquam saluti animæ præponam.*

Pascēda
prę cor-
pore
anima.

B. HILDEGUNDIS: quæ matre orbata, patrem quoque, cujus consilio virum te, assumpto Josephi nomine, simulabas, in Jerosolymitano itinere ducem amisisti. A quo moriente, fide- li (ut ipse credebat) famulo commissa, sed fraudulenter ab eo in vasta solitudine destituta, nummisque spoliata, in quodam oppido te labore instruendæ juventutis sustentâsti. Peragratis inde iterum Terræ sanctæ locis, cùm Germaniam repeteres, Canonici cujus- dam servitijs te addixisti. Apud quem de furto mendaciter accusata, & infami ligno appensa, ab Angelis, te vivam conservantibus, ad monasterium Scho- naugiense deducta es. In quo pro viro habita, in magna puritate, & sancti- monia vitam consummâsti. Cùm ve- rò secundùm morem corpus lavaretur; tunc primùm deprehensa simulatio, figmenti quoque suspectam te fecisset, nisi præclara ad tumulum miracula

Obijt
anno
1188.

Furti
falsò
dānata
libera-
tur à
laqueo.

Fiducia
in viri-
bus
Gratiæ.

aliud esse de te cœli iudicium compro-
bâssent. *Seu te modò Josephum, seu Hil-
degundem vocari convenit, virilem tuum
in meis laboribus animum à te efflagito; ut
in viribus gratiæ magis, quàm naturæ,
confisus, discam exemplo tuo, infirmitatem
non esse impedimentum, sed adjumentum
virtutis.*

S. BERNARDUS, ser. 29. in Cant.

Carnis
infirmi-
tas,
est ro-
bur spi-
ritus.

Quando enim infirmior, tunc
potens sum, & fortis. [2. Cor. 12.]
*Vides, quia carnis infirmitas robur
spiritus augeat, & subministret vires?
Ita è contrario noveris; carnis forti-
tudinem, debilitatem spiritus operari.*



21. Aprilis. II. Cal. Maij.

Obijt
anno
1163.

B. FASTRADE, Caput, ac Superior
Ordinis in ferie VII. Qui ante Re-
ligionis ingressum, virium tuarum, ex
tenera educatione (ut mos est nobili-
um) tibi de perseverantia suspectarum
capturus experimentum; tuus ipsemet
tyro, te in omni austeritatum mona-
sticarum genere exercuisti. Inde ad se-
riam probationem à S. BERNARDO
post multas preces receptus, tam celeri
pro-

profectu ejus institutionibus respondi-
sti; ut te ad natale solum Belgij remis-
sum, cœnobio Camberonensi præfere-
rit. Ubi noviter erecta, tam ædificij,
quàm disciplinæ fundamenta, felicissi-
ma dexteritate ad fastigium provexi-
sti: fortunas suas in sinum tuum effun-
dere gestiente quolibet, qui vel semel
tui aspectu fruebatur. Spirabat enim
majestatem, humanâ majorem, cor-
poris concinna proceritas: gemina o-
culorum sidera ex quodam angelicæ
frontis cœlo micabant; vigore suo la-
tentem in animo magnitudinem, &
lenitate supercilij, columbinam sim-
plicitatem repræsentantia. Addebat
his gratiam eloquij suavitas, cum fa-
cundia nō minùs gravi, quàm diserta:
morum denique comitas, & congrua
tuæ dignitati, & inclinata ad humilem
modestix religiosæ candorem. Raptò
interim ad superos Roberto, qui ma-
gno BERNARDO subrogatus fuerat,
ad Claramvallem cum cæteris Electo-
ribus vocatus es: sed, ne in te suffragia
convenirent (nec vana fuit formido)
veritus, tam diu in Asceterio Carthusi-
ano delituiisti; donec cœli quoque ju-
dicio coactus es decretam per concor-
dia vota præfecturam suscipere. Ipsa
siquidem Electorum Regina Mater,

*Insi-
gnes
naturæ
dotes.*

*Latet,
ne Ab-
bas eli-
gatur:*

*B.V. illi
 Claræ-
 vallis
 filios,
 ut suos
 comen-
 dat.* Virgineum Uteri sui partum brachijs
 tuis per visum imponens: *Accipe, ad-
 junxit, Filium meum, & serva mihi illum.*
 Magna utriusque partis dignatio! tua
 quidem, cui Mater Augustissima vel
 Filium crederet: Clarævallenfium ve-
 rò, quos eodem amoris & gratiæ loco,
 quo filium haberet; illis nimirum tibi
 sub hujus persona commendatis. Vix
 quatuor annis imperaveras Claræval-
 li; cùm te univerfus sacer Ordo Patrem
 salutavit. Hic laborum messem, gran-
*Laborẽ
 pro Ec-
 clesia,
 & Or-
 dine
 sustinet
 indefef-
 sus.* di animo tuo dignam sortitus, totum
 te communi bono, non Ordinis solius,
 sed orbis Christiani, impendisti. Præ-
 ter alia negotia à Christi Vicario tibi
 commissa, ad Fridericum Imp. missus,
 tanta pollebas authoritate; ut, cùm a-
 lijs ejusmodi Legatis durus, te velut è
 cœlo missum Pacis Angelum, fuerit
 reveritus. Neque his laboribus metam
 posuisses, nisi eorum cursum inhibuif-
 set mortis imperium: quam Parisijs in-
 ter manus Alexandri III. tunc ibidem
 commorantis, & extremæ Unctionis
*Extre-
 mam
 Unctio-
 nem à
 S. Põt.
 accipit.* beneficium tibi impertientis, suaviter
 oppetijsti. Quæ, dum Parisijs ageban-
 tur, beatus Petrus Tolosanus ex te, sibi
 per visum præfente, eâdem, quâ con-
 tigere, horâ cognovit in Claravalle, li-
 cèt plusquam triginta milliaribus ab-
 sens

*sens. Duplex sacre unctio-
nis beneficium à te mihi cœlitùs impetrari precor: nunc ut
Deus ungat animam meam unctio-
ne misericordie suæ, qua sanetur à languoribus
suis: deinde ut hinc migraturus dignè sus-
cipiam hoc Sacramentum, induârque for-
titudine ad reportandam in ultima lucta
victoriam.*

Unctio
animæ
duplex.

B. HENRICE, Hammenrodensis Circa
monache: qui cùm horrore austerita-
tis, in proposito suscipiendi Ordinis
vacillares; ab Angelorum Regina con-
firmatus (quam in choro deambulan-
tem, & psallentibus suaviter annuen-
tem vidisti) per arduã virtutum semi-
tam, ad perfectionis, ac tandem cœle-
stis beatitudinis, culmen ascendisti. E-
tiam ego frequenter panico hoc metu con-
cutior, qui modò vigiliis, modò abstinèn-
tiam, aliòsque observantia regularis labo-
res, mihi tædiosos facit & graves. Tu ad
me excitandum, consolationem illam mihi
de cœlis ostende, quæ laborem hunc hilari-
ter exantlatum consequetur.

Tædiũ
in labo-
ribus
fugien-
dum

B. MARIA, Lorvaniensis mona-
sterij Conversa: quæ lustratis devotè
terris, quas Servatoris nostri vestigia
quondam sacra verant, Cisterciensi In-
stituto mancipata, Marthæ sollicitudi-
nem in laboribus, & Mariæ pietatem,
orationum frequentia, magno utrim-
que

Circa
annum
1500.

Mortis
genus
optabi-
le.


Imita-
tio
Christi.

que fervore, fuisti imitata. Extremis autem proxima, flexis humi genibus, oculis, manibúsque in cœlum erectis, sacrosanctum Viaticum tenerrimo divini amoris sensu suscipiens, innocentem animam efflâsti; multis statim ab obitu miraculis tua in cœlo merita manifestantibus. *Deduc & me in terram Promissionis: ostende mihi Christi vestigia, id est sanctissimam illius vitam, quam eo fervore studeam imitari, quem à me vocatio, & si eam consequi voluero, æterna salus requirit.*

S. BERNARDUS, ser. 22. in Cant.

Benefi-
ciji suis
Christ⁹
invitat
nos ad
sui imi-
tationē

Quid tibi Christus debuit facere, & non fecit? Illuminavit cæcum, solvit vinctum, reduxit erroneum, reconciliavit reum. Quis non post illum libenter, atq; alacriter currat; qui & ab errore liberat, & errata dissimulat: qui deinde merita vivendo tradit, præmia moriendo conquirit?



22. Aprilis. 10. Cal. Maij,

Obijt
anno
1125.

B. ALDEBERTE: qui à sancto Patriarcha BERNARDO, tanquam iudicij sui limâ satîs probatę sanctimonie

niæ filius, in Lusitaniam, ad plantationem Cisterciensis Instituti cum alijs destinatus, socijsque in Priorem novi monasterij S. Joannis de Tarouca datus, omnes loci incolas admiratores tuarum virtutum habuisti. *Qua etiam ex causa Alphonfus Rex te sibi in bello contra Saracenos adesse voluit; pari quidem suo emolumento, & hostium strage. Tu enim velut alter Moyses, quamdiu manus in oratione extendebas, tamdiu profligati hostes cessere victoriam: quod tertium Rex fuit expertus, semper, te presente triumphans, te absente fugatus. E bello redux, in monasterij Ducem electus, virtutum splendori prodigiorum gloriam addidisti, ægris sanitatem, cæcis lumen, donans, tam vivus, quàm deinde in beatorum patriam assumptus. *Esto etiam potens in oratione Moyses. Leva ad Deum manus tuas, quoties nôsti, in me bella moveri: nunquam me vincet, quanquam severissimus hostis, si cum precibus tuis magis, quàm cum infirmitate mea, illi erit congregiendum.**

*Moyses
in star,
orando
victorias de
hostere-
portat.*

*Victoria in
tentati-
onibus.*

B. HUBERTE: qui è Paterno sinu *Circa*
BERNARDI ad sedem Episcopatus *annum*
Nepensis raptus, dignitatem, non alia *1135.*
ratione persuasus admisisti, quàm ne
ab amantissimi parentis voluntate de-
flecte-

flecteres. At non sinè maxima illius Ecclesię utilitate promotus es, quæ nimirum restitutum sibi florem, tuis laboribus & sanctimonix debuit. *Reflo-*

Flores bonorũ operũ. *rescat tuo quoque patrocinio anima mea: ut quæ hætenus nihil præter spinas & tribulos peccatorum germinavit, deinceps virtutum flores producat, ex quibus mihi sertum exultationis æternæ concinnem.*

Obijt anno 1618. B. ANTONIA de Orleans: quę adhuc juvencula, conjugè orbata, cognata Rege Gallix, aliisque nequidquam obluçantibus, Cisterciensem habitum Tolosæ induisti, Ubi sæculi voluptates austeritate victus; splendorem generis, humilibus servitijs, & charitate eximia permutasti. Neque his virtutibus contenta, novas insuper leges, sub titulo B. MARIÆ de Calvario, tuis sodalibus scripsisti. Quas ipsamet rigidissimè observans, celebri sanctitatis famâ mortalem vitam absolvisti. *Lex illa de Calvario, nulli hominum non scripta est. Omnes, non imus tantum, sed currimus ad Calvariam. Tu doce me sæpius considerare futuram illam effigiem meam, ibiq; discere: Quantum sit in rebus inane.*

S. BERNARDUS, ser. 36. in Cant.

Ad se humiliandum nihil anima invenire vivacius, seu accommodatius potest

potest, quàm si se in veritate inve- Cogni-
nerit: tantùm non dissimulet; non sit tio sui.
in spiritu ejus dolus: statuat se ante
faciem suam.



23. Aprilis. 9. Cal. Maij.

B GERARDE: qui primùm sub In- Circa
stituto Benedictino, Floriaci Ab- annum
bas, majoris sanctimoniam desiderio in- 1240.
citatus, relictâ dignitate, humilem Ci-
sterciensis monachi habitum, in mo-
nasterio Signiacensi assumpsisti. Man-
dato autem Apostolico Floriacum re-
vocatus, cum pro relaxando anathe-
mate, & obtinenda perseverandi in be-
ne coeptis facultate, Romam, a fello ve-
hente, peteres: nec gratiam multis pre-
cibus impetrares: diu in deserto quo-
dam mapali, tanquam à consortio fi-
delium ejectus, cum bruto tuo latens,
totum id tempus fletu, atque admiran-
dis pœnitentiæ operibus, transegisti.
Quibus ad Pontificem delatis, honori Mortuo
ficè absolutus, ac Signiacum reversus, mira-
tantam assecutus es sanctimoniam: ut cula
miraculorum frequentiam modum, ne prohi-
quies & observantia religiosa turbare- bentur.
tur, jam mortuo imponere Obedientia
debuerit. *Utinam ego vel vivus discerem*
humili

Obedi-
entia.

*humili, sincero, & simplici corde obedire!
quàm letus expectarem suo tempore, pro-
missam sinè tempore, sinè fine, obedientiæ
sanctæ mercedem!*

Obijt
circa
annum
1127.

B. R O G E R I, Abbas Trium Fonti-
um: quem, cùm apostolicus ille Pesca-
tor hominum B E R N A R D U S, in
primam capturam, Verbi divini rete
Catalauni explicaret; unà cum alio-
rum, nobilitate generis insignium co-
horte, ad Claramvallem deduxit: ac
non ultra triennium enutrito, primæ,
sanctissimæ suæ generationis, Filix de-
signavit Abbatem. Brevi quidem re-
gimine: quo tamen cœleste regnum te
adeptum esse, non dubitavit affirmare
mellifluus Parens in epistola, qua tri-
stes tuo decessu orphanos inter alia his
verbis consolatur. [Etsi translatus est,
non tamen ablatus: tamen, qui vobis
fuerat specialis, erit communis & no-
bis.] *Esto & mihi communis. Aperi mihi
Tres Fontes Salvatoris; ex quibus bibam
illius amorem, timorem, & imitationem.
Confortabor hac aqua vitali: ut merear
amorem recipuum; mori non timeam; se-
quar ad gloriã.*

Tres
fontes
Salva-
toris.

S. B E R N A R D U S, ser. 20. in Cant.
*Disce, ô Christiane, à Christo, quem-
admodum diligas Christum. Disce a-
mare*

*mare dulciter, amare prudenter, a-
mare fortiter. Dulciter; ne illecti:
prudenter; ne decepti: fortiter; ne op-
pressi, ab amore Domini avertamur.*

Chri-
stus qui
aman-
dus.



24. Aprilis. 8. Cal. Maij.

B HONORATE, Clarævallis Con-
verse: qui devotionem in precibus *Floruit*
ita miscebas labori, ut gratum DEO *annum*
sacrificium utrobique offerres. Quod *1185.*
tibi jam seni indicare dignatus est Ser-
vator humani generis, in eo corporis
habitu tibi apparens, in quo videri vo-
luit, dum salutem nostram olim ope- *Christi,*
ratus est in medio terræ. Quem cum *sibi ap-*
supplex venerareris; sacrosanctâ tuâ *parētis*
dexterâ te benedicens, bono esse ani- *manis*
mo iussit, utpote brevî secum in cœlo *oscula-*
regnaturum. Tu verò gaudij immensi- *tur.*
tate absorptus, in simplicitate cordis,
divinam manum apprehensam, devo-
tissimis osculis pressisti. *Apprehende e-*
tiam nunc dexteram illam ter benedictam:
reple animam meam benedictione tam co-
piosa, quæ à me in æternum nunquam re-
cedat.

B. BRUNO, Archiepiscopo Colo- *Ob. año*
niensis: qui cum post annuam mune- *1199.*
ris

Archi- ris administrationem comperisses, E-
episco- lectioni vitium irrepsisse; dum amici
patu tui, & consanguinei, tunc planè mo-
relieto, lestè seduli, suffragijs per minas liber-
fit mo- tatem ademerant: ut in fontem te pu-
nachus blicè testareres; posito in ara sacra ba-
culo Pastoralis, non honorem dunta-
xat, sed & mundum reliquisti. Atque
ut tui intelligerent, te deinceps non il-
lis, sed soli DEO victurum; pauperem
Cisterciensium cucullam in monaste-
rio Veteris Montis induisti. Ubi vitæ
reliquum in magna sanctitate transe-
gisti. *Nec sibi, nec alijs vivit, qui non Deo.*
Ab! quando igitur cessabit hæc mors mea,
quando incipiet in me mori mundus, ut ego
in Deo, & Deus in me vivat!

S. BERNARDUS, ser. 20. in Cant.

Mortu- *Valde omnino mihi amandus est,*
us est, *per quem sum, vivo, & sapio. Di-*
qui nō *gnus planè est morte, qui tibi, Domi-*
vivit *ne Jesu, recusat vivere, & mortuus*
DEO. *est. Et qui tibi non sapit, desipit. Et*
qui curat esse, nisi propter
te, pro nihilo est, &
nihil est.



25. Aprilis

25. Aprilis. 7. Cal. Maij.

BEATISSIME PATER BENEDICTE: *Creatus*
 B qui ex humili stirpe, parente nimi- *Ponti-*
 rum Molitore, in partibus Tolofanis, *fex año*
 procreatus, juventutem primam *Ci- 1334.*
 sterco, in monasterio Bolbonæ conse- *Sedit*
 cravisti. Cùm dehinc post emissa so- *años 7.*
 lennia vota, præclaræ dotēs ingenij *mēs. 4.*
 summa quæque de te pollicerentur, *dies 6.*
 Parisios studiorum gratiâ missus, atq; *obiit*
 intrâ paucos annos laureâ Doctorali *anno*
 redimitus, monasterium Montis Fri- *1342.*
 gidi regendum suscepisti. Eruditionis
 autem tuæ, & virtutum famam audi-
 ens Joannes XXII. Pontifex, te Apa-
 miensem, mox Merapicensem Episco-
 pum, denique Cardinalem, titulo S.
 Priscæ, creavit. Qui cùm Avenione
 decessisset; à Purpuratis Patribus ad
 Tiaram Pontificiam elevatus, Jacobi
 Furnerij nomen, quod parentes impo-
 suerant, in BENEDICTI XII. appel- *Etiã*
 lationem mutavisti. In supremo igi- *in Pon-*
 tur terrarum folio collocatus, mona- *tificatus*
 chum tamen nunquam exuisti; cilicio, *mona-*
 sagóque ad nudum corpus gestato, ac *chus.*
 eodem orationis penso, ad quod mo-
 nachus obstringebaris, quotidie perso-
 luto. Sancti Petri patrimonium, erat
 paupe.

Liberalis in egenos,

amans Justitiæ.

pauperum hæreditas, non Nepotum, licet non deessent & indigi & dignitua benevolentia. Imò fratrem germanum, duos Canonicatus possidentem, altero exuisti. Justitiæ adeò eras addictus, ut largitiones, aliasque Judiciorum corruptelas, per summæ severitatis leges à Curia relegaveris. His meritis per totum orbem nominis tui famam deprædicantibus, Avenione ex tibiæ doloribus, ac medicorum aut negligentia aut imperitia, non sine piorum luctu, migrasti ad eum, cujus in terra vices sanctissime sustinueras. Funeralem pompam non pauca miracula exornaverunt. *Etiamsi, piissime Pater, Claves regni cælorum in terris successori reliqueris, non tamen desunt nunc intercessionis claves, quibus mihi cælum aperias: his impetra mihi vel unicum privilegium, ut piè & feliciter moriar.*

Privilegium beatæ mortis.

Circa annum 1211.

B. JOANNES, cognomento Rost, Converse Villariensis: qui licet literarum rudis, cœlestium rerum contemplationi, supernæ gratiæ radijs simplicem animum illustrantibus, assidue incumbebas. Atque ita mundo mortuus, vitam cœlestem, quam immortalis corpore inchoaveras, immortaliter continuaturus, relicto exilio, patriam petisti. *Mundo mortuus est, qui illius obli-*

oblivionem, & contemptum animo suo in- Cælo
duxit. Vicissim cælo vivit, qui illius a- viven-
morem & memoriam nunquam deponit. dum
Tu doce me, prout utrumque semper age-
bas, neutrum omittere.

S. FRANCA, nobilium parentum *Obijt*
Comitum de Vidalta, nobilissima Fi- *anno*
lia: quam cum mater in utero gestaret, *1218.*
visa sibi est catulum ferre, strenuè la-
trantem. De cujus rei mysterio edocta,
te septennem sacris virginibus ad S. Sy-
rum Placentiæ tradidit educandam.
Postquam dein ætas te admisit ad vo-
ta solenniter emittenda; ac Episcopus *Ange-*
publico ritu te religionis habitu indu- *lus illi*
eret: ab Angelo tibi virginale Velum *Velum*
imponi, mirabundi adstantes conspe- *imponit*
xere. Cujus doni cœlestis virtutem o-
mnireliquo vitæ decursu feliciter ex- *miræ*
perta es: utpote quam ex illo momen- *efficaci-*
to à sensûs carnalis molestia (juxta no- *æ.*
minis tui etymon) liberam, & prorsus
expertem duxisti. Cui puritati conser-
vandæ in subsidium adhibebas rigo- *Rigor*
rem in victu; statutis jejuniorum die- *vita*
bus nihil præter panem, & herbas in-
sulas; aliàs vilissima ciborum genera
parcè admittens. Anno ætatis vigesi-
mo demortuæ Abbatissæ meliorum
votis subrogata, tum primùm catulæ
vaticinium implevisti; cum torpentes
O *objur-*

objurgando, & adhortationibus studia piarum promovendo, vigilare te sedulo super ovium tibi commissarum gregem demonstravisti. Verum non omnibus placuere tui latratus, quin *Cedit, & alia cenobia condit.* oblatrarent: & post multas vexationes, iniquam factionem fovente Episcopo, ut sororem suam tibi substitueret, ad quærenda alibi meliora pascua compellerent. Quæ quidem mox obtulit Carentia, virgo nobilis: ex cujus prædivite patrimonio novam sedem Valeriæ, ac postea Plectolen sub Instituto Cisterciensi condidisti; claris utrobique initijs ob miracula. Vacua enim dolia, te orante, optimo vino redundabant: Ecclesiarum fores ultrò tibi ingressuræ aperiebantur: ad vocis tuæ imperium morbi ab afflictis recedebant. Hæc nimirum linguæ, ex præfatio salutiferæ, vis altera fuit; qua innumeris temporalem, ac tibi denique æternam felicitatem conciliavisti. Ad tuum porrò sepulchrum cæci lumen, obsessi à maligno libertatem, vexati doloribus, maximè oculorum, sanitatē, in hodiernam usq; diem inveniunt. *Etiā anima mea vacuum est dolium, quod utique plenum esse oporteret vino illo, quod lavificat cor Angelorum. Fac, ut ex oculorum stillis sentiam, me tuis meritis esse ad, utrum.*

S. Ber-

S. BERNARDUS, *serm. 30. in Cant.*

Lacrymæ pœnitentium, vinum Angelorum: quòd in illis vitæ odor, sapor gratiæ sit; indulgentiæ gustus; reconciliationis jucunditas; sanitas redemptis innocentia; serenata suavitas conscientia.

Lacry-
mæ, cur
sint vi-
num
Ange-
lorum?



26. Aprilis. 6. Cal. Maij.

B. JOANNES: qui ex nobili stemmate ortus, & jam Clericus, ut à mundi laqueis securior esses, sacro Cisterciensi Ordini te devovisti. Promissi verò pœnitens, cùm Divi Jacobi limina invisendo, à data fide liberum te existimares; ea nocte, qua ad propria reversus, fessâ ex itinere membra ad quietem componebas, Christus Servator tibi spectabilis adfuit, jussitq; nomen tuum, aureis literis libro Vitæ inscriptum, deleri; in pœnam perfidiæ, quâ, quod DEO voveras, reddere requebas. Recentem tamen pietatem remuneraturus Apostolus, supplex obtinuit, ut tibi parceretur; stipulatus, effecturum se, ut intrâ dies quindecim tua sis sponsione staturus. Eadem de in visione confirmatus Cistercium petijsti

Obijs
anno
1145.

Seria
visione
votum
reddere
admo-
netur.

tijsti. Ubi & parendi, & regendi artes tam feliciter imbibisti; ut te brevì Bonavallis Abbatem, civitas verò Valentina Episcopum aspexerit. Dispare usus es utrinque fortuna: pedo pietatis *Multa paritur* flores in quiete monasticà proferente: *ab in-* quos in publico copiosa spinarum se- *vasore.* ges excepit. Illam Eustachius quidam ferebat, ejuldem sedis invalor adeò obstinatus; ut ad BERNARDI mellitas simul atque aculeatas epistolas surdus, impeterete vi aperta, & insidijs non destiterit; donec fulmine Romano fractus, paucos demum annos imperturbatæ gubernationi concesserit. *Mori-* *tur piè* *previ-* *sá horá* *Epist.* *185.* Quibus inter curas indefessas pariter ac pi- as transactis, ad notam migrationis horam vicinos Præsules convocásti, & corpore in cineres ciliciúmque abjecto, post sumptum SS. Viaticum, tam placidè obdormivisti, ut nullum signum proderet mortem, nisi paulatim languescens motus spirandi. Id postquam circumstantes notavere, querebantur, quòd ultimam à te gratiam Benedicti- onis petere neglexissent. Tu verò vel mortuam manum elevans, stupenti- um desiderium implevisti. Mortuus, an vivus id præstiteris, diu dubitatum est; cum nihil immutatâ frontis specie, usque ad sepulchrum permanferit oris color

color vigórque, qui fuerat viventis. Quamobrem ad te, velut indubiè in altera vita felicem, preces suas devota plebs confidenter deferebat: cui exemplum præibat peregrini habitûs senex, veste & canitie venerandus: qui manibus pedibûsque tuis osculo lætissimo libatis, mox videri desijt. Eodem te modo veneratus quidam de Canoniorum cœtu, qui longa febrium tabe semesus adrepserat; sed sospes & jubilans recessit. Nec ullum deinceps supplicem, utcunque miserum, liberalis tua manus à beneficijs exclusit. *Ab! si etiam mecum sic ageret Deus, ut toties nomen meum de libro vitæ expungeret, quoties rupti cum eo fœderis reus sum; jam dudum habitaret in inferno anima mea. Tu fœdus hoc, quod non est aliud, nisi sancti amoris, redintegra, & identidem mone immemorem; ut reddam Domino vota, quæ distinxerunt labia mea.*

Miracula post obitum.

Fœderis cum Deo renovatio.

B. GERARDE: quem veluti sanctissimus parens BERNARDUS adhuc juvenem constituit Longi-Pontis primum Abbatem; ita tam celeri promotione ostendit, non se annorum, sed virtutum tuarum numerum in cōsilio habuisse. Quarum præcipua fuit humilitas, & amor in dulcissimum parentem. His enim urgentibus, post aliquos

Promotus año 1131.

liquot æstates te ad Claramvallem recepisti, tam diu BERNARDO fruiturus, quamdiu illum terris cœlum non invideret; in id unum intentus, ut sanctissima virtutum illius vestigia tuis semper oculis obverfarentur. Formidabilis est ingressus in longissimum illum pontem æternitatis, quia caret egressu: sine metu tamen ingrediar; si, quod unicè desidero, mors mea Bernardi, tuoque patrocinio felix erit.

In morte patroni.

S. BERNARDUS, ser. 22. de divers.

Religio est recta ad cœlū via. *In via estis, Fratres, quæ ducit ad vitam, in via recta... Arduus quidem ascensus ejus; utpote per ipsam montis summitatem incisus: sed via compendiosior laboris magnitudinem vel temperat, vel excludit.*



27 Aprilis. 5. Cal. Maij.

Floruit anno 1121. **B.** RAYNALDE, BERNARDI in Claravalle alumne, & itinerum illius per varias regiones comes individue: qui etiam innumera illius prodigia felicibus oculis intueri, infirmos pijsimis ejus manibus sanandos offerre, & eadem verè mirabilia opera, ad posteris

posteritatis solatium, annotare meruisti, ut scriptis mandarentur, & ejus gloriam immortalī memoriæ consecrarent. Cæterum quo loco amoris apud eundem fueris; disertè loquuntur mellitæ plures epistolæ, quas ad te destinavit, postquam te invitatus invitum Fusniacensibus Abbatem dederat. Ibi comitem sibi charissimum, valdèque necessarium; quippe obedientissimum in agendis, studiosissimum in inquirendis, in conferendis utilissimum, promptissimum in memorandis, se amisisse deplorat.* Ali-
 bi: Satis, inquit, & plusquam satis crucior, te carendo, te non videndo, te dulcissimo mihi solatio non fruendo: ita ut me penè pœniteat, quòd te elongaverim à me. &c.* Hæc summum S. Patris in te amore declarant, simulque sanctimoniam tuam, tanta benevolentia prærogativa dignam. Unde nihil huic panegyri superaddo: nisi pauca hæc suspici-
 ria mea, quibus te obnixè rogo; ut peregrinantis olim cum Bernardo socij munus resumas, meque infirmum & miserum illius pietati repræsentes. Utrique perspectæ miserie meæ sunt, neutri deest vel voluntas, vel juvandi potestas.

S. STEPHANE, Abbas Obacinæ: qui à mediocri fortunæ parentibus nullam generis, sed pietatis, & de futura

Amor
S. Bernardi
in eum.

* Epist.
82.

* Epist.
84.

Advocatus
ad S. P.
Bernardum

Obijt
anno
1159.

*Vaticinium
future
sancti-
tatis.*

tura vitæ sanctimonia vaticinij nobilitatem traxisti. Te namque prægnas mater per diversa ostenta, modò sub agni, modò catuli forma vidit ingentem gregem pascere. Juvenis igitur pari progressu literas, ac pietatem, & ex his fontibus oriri solitam in rebus gerendis sagacitatem talem hausisti; ob quam parens, donec suscipiendis S. Ordinibus maturesceres, curam domûs tibi commiserit: ipse intereà pauperum & pupillorum communem patrem familias agens. Ut porrò ad munus subeundum, dignam ea sublimi dignitate puritatem animi corporisq; afferres: ignem, quem metuebas, gelu & rigescentibus undis exarmasti; illis collo tenus aliquot sæpe horis immersus. Gulæ somnique irritamenta inedia & vigilijs, addito precum subsidio, tam strenue subjugasti; ut scirent, sibi apud te hospitium nullum dari. Sacerdotio initiatus, quanquam subacti salutis hostes vix aliquid ultrà periculi minarentur: attamen tibi nusquam securus videbaris, quàm ubi cum suis vanitatibus mundus ne in conspectum quidem admitteretur. Eam ob causam Petro quodam æqualis tecum probitatis Presbytero, in societatem adscito, incultam eremum pettens, longo tempore

*Concupiscen-
tiam
domat.*

*Eremi
adit.*

pore solis arborum silvestrium frugi-
 bus, & herbarum radicibus contentus, *Cœnobi-*
 latuisti: à pastoribus autem inventus, *um cõ-*
 ac proditus, vitæ angelicæ socios tot *struit.*
 paulatim nactus es; ut ex eremitorio
 cœnobium fabricare coactus fueris.
 Quo ad habitandum aptato, cùm alu-
 mnis tuis, severissimas leges tuas spon-
 tanea promptitudine examulsum ob-
 servantibus satís provisum arbitrare-
 ris, majora meditari certamina, & ali-
 quid animo tuo dignum, ipsam mar-
 tyrii coronam anhelare cœpisti: mox
 ad paganos iturus; nisi tuorum lacry-
 me te à consilio avertissent. Sed tyran-
 num intereà agebant circuli ferrei, cor-
 pus horribili cruciatu vincientes. Qui-
 bus ferrugine consumptis, successit lo-
 rica, non affligens tantùm, sed & lace-
 rans nuda membra. Quæ tamen cùm
 te iter per altissimas nives faciente, ter
 in frustra dissilisset, divinitùs te mone-
 ri animadvertens; seposito doloris im-
 modici instrumento, construendis cœ-
 nobijs te impendisti, non pro viris so-
 lùm, sed & scœminis, adeò arctâ clau-
 surâ obseptis; ut per unam duntaxat
 fenestram mutua daretur pro necessi-
 tate colloquendi, at nunquam aspici-
 endi copia. Cui labori quanquam or-
 cus, & multa incommoda obstarent;

Marty-
rium
deside-
rat.

quod
sibi lō-
gum
infert.

Clausur-
râ ar-
ctam
monia-
libus
prescri-
bit præ-
mus.

O 5 animi

animi tamen magnitudine utrumque obicem removisti, adhibitis operi promovendo quasi pro arbitrato miracu-

*Letali-
ter lesū
subitō
sanat.*

*demo-
nem
fugat.*

*Saxis
impe-
rat.*

*Avariū
repentē
facit li-
beralē.*

lis. Cū enim operam quendam per
scalas malignus tam furiosè præcipi-
tem egisset, ut nulla vitæ spes superes-
set: tu de periculo admonitus, imposi-
tis illi manibus imperâsti; ut incolumis
quanto cyùs ad laborem rediret. In ra-
biem versus stygius hostis, arma in te
expedivit, monstris & verberibus tibi
per noctes importunus. Sed precum
umbone bis tēque repulsus, deinceps
ab imposturis abstinuit. Aliàs cū ru-
pes supra marmor duræ ducendo mu-
ro obstarent; tuo jussu aliò migravere,
aut cerâ molliores, fossorum sarculis
cedebant. Quin tabulata in libero aëre
pendebant, donec muri fulerum ad ea
ascenderet. Porro vix multo jumento-
rum robore mobilia saxa paucorum
fratrum humeris, ac si lanæ cumulus
foret, asportabantur. Fuit in vicinia
pecuniosus quidam Euclio, qui, quòd
juris quidpiam in fundum à monaste-
rio occupatum vendicaret, ædificium
demoliturus fremens advolaverat. E-
um autem primo congressu adeò miti-
gâsti; ut & juri suo renunciaverit, &
consummandis ædificijs expensas de
suo liberalissimè subministrârit. Con-

structis

fructis itaque pluribus cœnobijs, ut
 leges etiam post fata tua duraturas im-
 poneres, te unâ cum omnibus filijs S. *Cister-*
 Ordini Cisterciensi subiecisti: unionem *cio se*
 conciliante Eugenio III. qui tunc Ge- *subdit.*
 neralibus Comitijs in Cistercio præ-
 sens, ducentis illis Patribus te commē-
 daverat. Oppressit inter hæc omnem *Modico*
 Galliam fames: ex quâ nova tibi mi- *farre*
 raculorum nata seges: dum multa ege *aliquot*
 norum millia modico farre (quod vel *mille*
 soli monachi ante mensem erant ab- *paupe-*
 sumpturi) toto semestri aluisti. Neq; *res alis*
 omisisti pia fraude mercatoris cufus-
 dam sordidè avari horrea, juvandis e-
 genis spoliare: immodicum, quod exi-
 gebatur, pretium unâ cum usura red-
 dere pollicitus: quem deinde promissos
 nummos postulantem solâ præsentia
 persuasisti, ut à DEO potiùs (cui per
 te sua bona fecisset fœnebria) quàm à
 te lucrum expectare elegerit. Retinu-
 ere prodigiosam multiplicandæ anno-
 næ vim tua etiam horrea diu post obi-
 tum. Nam in anniversaria tuæ mortis *idem*
 memoria ultra quindecim mendico- *præstat*
 rum millia ad Obacinam confluerât, *post ob-*
 accepturi juxta cōsuetudinem singuli *itum.*
 panem cum pulmento, & vini dimen-
 so. Quam multitudinem cum vicini
 nobiles, huic pietatis operi manus de-

votas commodare soliti, cum parato panum acervo contulissent; censebant, singulos in plura frustra secandos, ut saltem plerique, si non omnes aliquid beneficij reportarent. At successor Abbas tuis meritis confusus, morem pristinum servari præcipiens, nullum sinè integra portione dimisit; nondum deficiente panum cumulo, quem vix duobus millibus existimaverant suffecturum. Fuerit vitæ tuæ decursus mera series prodigiorum: eorum tamen numerum transgressa sunt, quæ mortem sequebantur: præsertim circa captivos, et spoliatorum exutos: quos imploratus visibili mox præsentia, dein libertate, vel ostensis furibus, restitutione rerum amissarum exhilarasti. *Ædificium spirituale, quod nobis ad calum usque erigendum est, non in alio, quàm humilitatis fundamento radicatur. Quod tu, architecte peritissime, me intra me ipsum fodere doce: modum dicit mellifluus*

S. BERNARDUS, ser. 36. in Cant.

In veritate tua humiliasti me. [ps. 118.] *Nam quomodo non humiliabitur in vera cognitione sui, cum se ob quas perceperit oneratum peccatis, mole hujus*

Captivorum, et spoliatorum patrum.

Humilitas.

Causa, ob quas

*hujus mortalis corporis aggravatam; se ho-
 terrenis intricatam curis; carnalium m^o hu-
 desideriorum face infectam; cecam, miliet.
 curvam, infirmam; mille timoribus
 trepidam; mille difficultatibus anxiam;
 mille suspicionibus obnoxiam; mille
 necessitatibus ærumnosam, proclivem
 ad vitia, invalidam ad virtutes?*



28. Aprilis. 4. Cal. Maij.

B. JOANNES Barreri, inclytæ Fu-
 liensium Congregationis, sub In-
 stituto Cisterciensi, parens & auctor.
 Quem genitores prænobiles ad litera-
 rum studia, & Commendam Abbatia-
 lem monasterij Fulienfis, adhuc juve-
 nem promoverunt. Sed piè avarus a-
 nimus, argenteis ex officio perceptis menda-
 fructibus minimè satiabatur, nisi aure-
 um quoque animarum lucrum adjice-
 retur. Quo ut potireris; sacri Ordinis
 assumpto habitu, leges exemplo san-
 xisti, quæ primorum Cistercij Patrum,
 præsertim S. P. BERNARDI, fervo-
 rem, temporis vitio remissum, pristino
 vigori restituerent. Paupertatem ita
 habebas in pretio; ut unicâ togâ con-

Obijt
 Romæ
 anno
 1602.

Ex Cō-
 menda-
 tario su-
 religio-
 sus Ab-
 bas.

*Ingens
vitæ
rigor.*

tentus, caput pedesque solo virtutum operimento vestires. Humus & lectum erat quiescenti, & mensa semel in die nil præter cruda legumina cum fontana gustanti. Tandem post gravissimos labores, exhausti corporis farcinâ depositâ, celebri sanctitatis opinione, & quamplurimis virtutum tuarum æmulatoribus relictis, cœlestis mensæ æternùm futurus conviva, migrâsti ad

Fames *superos. Sanctorum doctrina est: non æterna, posse hic ventrem pasci, & illic mentem. redimē Tu me doceas, brevi ac levi hujus vitæ jeda tē- junio horrificam damnatorum famem porali. redimere.*

Floruit **B. BERNARDE:** qui inter mores
anno aulicos fallacias mundi expertus, & i-
1136. deo pertæsus, à sancto Patriarcha BER-
NARDO monasticam vestem, ac tam
generosum spiritum accepisti; ut te u-
nâ cum alijs in Lusitaniam usque, ad
propagandum Cisterciensem Ordinē,
quamvis juvenem destinaverit. Ubi
cœnobij Taraucensis Prior, dein Ab-
bas constitutus, quàm sanctè præfue-
ris, multis post mortem miraculis ma-
nif. stavisti. *Omnis terra, ut ajunt, vir-*

Peregrè *ut patria est. Sic tu in Lusitania Claram-
à Deo recedit vallē invenisti. At ego infeliciter cum si-
peccās. lio prodigo in longinqua peccati regione
vagus, te ducem imploro, quo ad Patrem
misericordiarū reducar.* **B. STE-**

B. STEPHANE Langtone, Anglicanae tyrannidis victor magnanime: qui furoribus Joannis Anglorum Regis, promotionem tuam ad Archiepiscopatum Cantuariensem indignè ferentis, in exilium ejectus, in consueto illorum Præsulum aſylo Pontigniaci, sub monasticæ ſolitudinis umbra delituiſti; dum ſedata tempeſtate, ſecurus, & Purpura, ab Innocentio III. ornatus, Inſulam inter lacrymas te excipientis, licèt olim inſenſiſſimi Regis, glorioſè repetieris. Graviffimas porro exilij diuturni ærumnas, qua mentis constantia toleraveris, teſtantur conſcripta per id tempus doctrinæ minime vulgaris monumenta: è quibus eminent commentaria in univerſam ſacram Hiſtoriam. Quin imò induſtriæ tuæ debemus ejuſdem ſacri Codicis illuſtrem novamque faciem, quam illi primus concinnâ librorum in capita partitione donaviſti. Una deerat ad conſummationem gloriæ martyrij corona; erumpente tum palam Anglorum ab orthodoxa fide ſeceſſione: ſed carnificis iectum pia morte præveniſti; futurus martyr poſthumus; quando barbara ſævities tuos aliorumque cineres immani crudelitate refodit, produxitque ad palmam. *Ita nunquam ſua labori*


Obijt
anno
1228.

Multa
egregiè
ſcribit.

Nullus labor sine sua mercede. *labori merces deest. Purpuram, quam tuo sanguine tingere optabas, terra incruens tam dedit, cælum coronam immortalem. Quid igitur sterto iners, de præmio, & quidem tanto, securus?*

S. BERNARDUS, ser. 46. in Cant.

Quies non ante, sed post laborem. *Delicatis satis otio dormire voles, si non exercitatus quiescere appetas; & Liæ fœcunditate neglecta, solis cupias Rachelis amplexibus oblectari. Sed & preposterus ordo est, ante meritum exigere præmium, & ante laborem sumere cibum, cum dicat Apostolus: [2. Thess. 3.] Qui non laborat, non manducet.*



29. Aprilis. 3. Cal. Maij.

In SS. nume- rum re- latus ab Ho- norio 3. anno 1222. *S. ROBERTE, fœcunda radix nobilissimi germinis Cisterciensis: ex qua nempe innumeri terrarum Principes, Pontificum Regumque tiarâ insignes, nobilitate natalium illustres, suo sanguine, vel Ecclesiæ Infulis Purpurati, & quod palmarium est, sanctitatis & miraculorum gloriâ celeberrimi palmites surrexere. Sive igitur condi- tum*

tum à te S. Ordinem dicat Alexander IV. (a) *Virtutum meritis rutilans, & sanctitatis odore fragrans in Ecclesie corpore membrum nobilissimum.* tibi debet, tanquam capiti, & genuino parenti, suæ nobilitatis originem. Sive idem Pontifex appellet, (b) *Fidei anchoram, quæ inviolabili firmitate, fluctuantem ad Cap. Petri naviculam servavit in turbine:* à te Gen. robur suum accepit: etymologiâ generosi nominis tui in sequaces tuos tam feliciter diffusâ; ut omnes agnoscerent: Et facere & pati fortia, Cisterciensium esse. Sive Innocentius IV. illum vocet (c) *Columbam mitem & humilem, & E-* (c) *Año lectam Domini specialem, pulchram per* 1245. totum: tecum se fatetur Electum, cum te Cœlorum Imperatrix adhuc intrâ materna latentem viscera segregavit in sponsum. Sive Gregorius X. affirmet; Cisterciensem Ordinem (d) *Assi-* (d) *Año stere à dextris Ecclesie, Sponsæ Christi, in* 1275. *vestitu deaurato: omnem suam venustatem mutuavit ab auro gemmâque annuli, quo in amoris arrham te cœlum donavit.* Sive à Clemente I. nominetur, (e) *Fons hortorum irriguus, fons* (e) *Año amœnus varietate virtutum, præclarus* 1265. *munditiæ, pietate patens, indeficiens sanctitate: ut ad originem suam, naturali impetu feratur hoc flumen, ad te revolvatur*

volvatur, necesse est, nisi te primam scaturiginem nolit agnoscere. Seu denique Benedictus XII. illum contem-

(f) *An.* 1334 *(f)* *Quasi stellam matutinam in medio nebulae hujus mundi; & in eâ splēdidos emittentem radios instar solis: ex lumine sanctimoniae tuæ hausit, quidquid haecenus de se sparsit splendoris. Hæc est illa lætissima dies, quâ te Sancti titulo exornavit Christianæ Reipublicæ summus Dictator Honorius III. Nam cum ad sepulchrum tuum cæci lumen, alij vario morborum genere afflicti, sospitatem reportarent: inter quæ prodigia celebratissimum erat, infans, invocato patrocinio tuo servatus; quem parentes è cinere latè grassantis incendij, & ruinis domûs illæsi, ridentemque extraxerant: hoc unum gloriæ tuæ deerat, ut in aram elevatus publicis honoribus à suprema potestate exponeretur. Hanc diem filij tui festivum agunt, & haud dubiè concordî devotione precantur: Ut te singulis Patrem exhibeas; gratiam à Deo impetres, qua tuum in rebus divinis fervorem, in colenda Deipara Virgine pietatem, atque alias virtutes, strenuè imitentur: tuam denique in cælo familiam mereantur augere. Eadem hæc meorum quoque est votorum summa.*

*Prodi-
gia ad
tumu-
lum.*

*Imita-
tio vir-
tutum.*

B. Ro.

B. R O B E R T E, de Brugenſium ci-
 vitate, & nobili ejuſdem nominis fa-
 milia nate: quem mundus ad ſe ijs vin-
 culis rapiebat, quibus multi ſuccum-
 bunt. Flos ætatis, genus, opes, naturæ
 dona, ſocij; magnetes erant, non ſo-
 lum illicia. Verum auditus vel ſemel
 de ſuggeſtu BERNARDUS, ſua tibi
 mella tam ſuaviter inſtillavit; ut non
 aliter, quàm ad ejus nutum vivere ſta-
 tueris. Cujus inſtitutione ac præſentiâ
 per ſeptennium in Claravalle gavifus,
 ad gubernandum monaſterium Du-
 nenſe in nataleni Flandriam tuam re-
 dire juſſus es. BERNARDUM alte-
 rum ſuſcepiffe ſe patria credebat: adeo
 manſuetudine animi, dulci ſacundia,
 cæteriſque virtutibus, vivam ejus ima-
 ginem exprimebas. Quo factum eſt, ut
 Dunæ ſub tuo quindecim annorum
 regimine in maximam amplitudinem
 excreverint: excitatâ admirandi ope-
 ris ac molis ſtructurâ templi & turris;
 quam, ut oceani ſui Pharam diu nau-
 tæ Belgici obſervabant; donec proxi-
 mo ſæculo furibundum mare totum
 ædificium ſabulo cooperuit. Cæterum
 quàm intimo amoris affectu te BE R-
 NARDUS dilexerit, teſtantur in pri-
 mis epiſtolæ, quibus te ſæpiùs ſtylo,
 mera mella fundente, alloquebatur.

Obijt
 anno
 1157.

Ber-
 nardi
 concio-
 ne accē-
 ditur:

quem
 factus
 Abbas
 ad vi-
 vū re-
 fert:

à quo
 tenerri-
 mē a-
 matur:

Sed

*Et de-
signat
succes-
sorem.*

*Præest
feliciter:*

*sed non
dum.*

Sed obsignavit has literas suo de te oraculo moriturus. Cùm enim sanctissimus Parens à filijs rogaretur, quemnam ex omni numero judicaret dignissimum sui regiminis successorem? te unum designavit. Tanto tamen, & præ mille alijs valituro suffragio electus, vix consensisti, nisi multis deniq; precibus expugnatus. Non ablatum sibi, sed in te spirantem BERNARDUM, gaudebant Clarævallenses; & in aurei (ut dicere solebant) sæculi sacris delicijs suaviter acquiescebant. Cùm in medio felicitatis cursu, triennio vixdum exacto, mors insperata te illis eripuit. Totus eras in strictissima disciplinæ observantia per indefessos labores, sed maximè exemplo summorum virtutum, conservanda: mitis & amabilis erga omnes; in te solum severus. Quo austeritatis amore ardens, cùm in die Parasceves nudis pedibus, pius Dominicæ Passionis imitator, per claustra sacras ceremonias peregisses; insolitum frigus te febris afflatum in lectulum prostravit; nec antè deseruit, quàm te ad exornandum Christi Resurgentis triumphum ex hac vita emisit. Multis revelationibus & prodigijs DEUS tua viventis merita declaravit: dum aut decedentium filiorum paratam

paratam in cœlo gloriam per visum ostendit; aut in proposito vacillantes, te pro illis orante, per miracula confirmavit. *Ut feliciter aliquando in Christo resurgam, mihi necessaria nunc est animæ resurrectio è sepulchro peccatorum. Hanc tu mihi à Deo exora; & fac, ut opera mea testentur, me hanc gratiam per te impetravisse.*

Animæ
resur-
rectio.

S. BERNARDUS, ser. 58. de diver.

Videtur scilicet hujus, in quo Christus resurrexit, vultus letior, aspectus venustior, sermo purior, incessus modestior: & ad omne opus bonum spiritus promptior. Quæ omnia quid sunt aliud, quàm quidam internæ resurrectionis hilaris nuncius?

Signa
resurre-
ctionis
internæ

30. Aprilis. Pridie Cal. Maij.

BAMBROSI Ferrariensis: cujus nomen ex charitatis, humilitatis, & obedientiæ admirandis operibus ad eum inclaruit; ut te regna Gallæciæ, Legionis, & Castellæ, Generalem Reformatorem sibi præposuerint. Quanto fervore precibus incumbere consueveris, crebræ

Obiit
anno
1613.

crebræ consolationes aperiebant, quæ animam tuam cœlitus inundabant.

Christi præsen- tiâ re- creatur in mor- bo. Gravi aliquando ægritudine decum- bens, ab ipso Creatore, cucullam can- didam induto, visitari, & integram sanitatem accipere meruisti. Paucis postmodum elapsis annis eadem fe- bris rediens, te ad consolatorem tuum facie ad faciem intuendum deduxit.

Christ' Medic'. *Ora benignissimum Redemptorem meum, ut quando ad ipsum, tanquam medicum ac- cedo, & non candidâ quidem cucullâ, sed candidi Panis speciebus amictum adoro, dignetur animam meam à languoribus suis restituere.*

Obijt anno 1190. 30. mo- nachos, intrâ 30. dies emittit in celû. B. FRANCO, Abbas monasterij Do- mûs DEI, sanctorum filiorum sancte parens, utpote quos catervatim ad cœ- lum evolantes vidisti, dum pestifera contagio intrâ triginta dies totidem è sinu tuo abripuit. Cùmq; illos dulcissi- mis consolationis paternæ verbis ad mortem intrepidè subeundam anima- res; sanctâ quâdam invidiâ superstites dolebant, se à numero decedentium excludi: rati, certos se esse de æterna fe- licitate, si sub scuto tuæ præsentia ul- timum agonem exciperent. Hos tan- dem & ipse secutus, mortem, quam contemptu viceras, ab alijs jam mor- tuus, prodigiosè arcebas, quando ad se- pulchrum

pulchrum tuum devotè precantibus
 sospitatis beneficium, quotquot pete-
 bant, largiebaris. Doce me, ô felix domi-
 tor & contemptor mortis, ante fatale peri-
 culum submovere causam formidinis; quæ
 præter peccatum nulla est: & cui tollendo
 nullum superest remedium, nisi sola, sed
 itidem vera & seria pœnitentia.

Causa
 metûs
 in mor-
 te, pec-
 catum.

S. BERNARDUS, de cõvers. ad Cler. c. 21.

Convolute ad urbes refugij, ubi possitis
 & de præteritis agere pœnitentiam,
 & in præsentis obtinere gratiã, & fu-
 turam gloriam fiducialiter præstolari.

Adhor-
 tatio ad
 agen-
 dam
 pœni-
 tentiã.

Non vos retardet conscientia peccato-
 rum, non pœnitentiæ austeritas ipsa
 deterreat. Neq; enim condignæ sunt
 passiones hujus temporis ad præteritã
 culpam, quæ remittitur: nec ad præse-
 tem consolationis gratiam, quæ im-
 mittitur: non ad futuram gloriam,
 quæ promittitur nobis.



ANNI



ANNI
CISTERCIENSIS
MAJUS.

I. Maij. Calendæ.

Vixit
anno
1218.



Deum
precibus
ex-
pugnat

EATA SAPIENTIA,
Cœnobij de Rameya
sanctimonialis: cujus
Angelicam vitam non
paucis favoribus cœli-
tes honoraverunt. Erat
in amoris tui delicijs miraculum illud
sanctimonix, Ida Nivellensis: quæ et-
si migrationis suæ definitam horam
jam diu antè per revelationem cogno-
verat; adeoque in momenta singula
illius, graviter ægrotæ, mors expecta-
retur: tuis tamen, aliarúmque precibus
victa DEI Bonitas, tredecim anno-
rum spatio illius vitam prorogavit, ac
tibi mutatæ sententiæ causas per vi-
sum indicavit: non alias nimirum assi-
gnans, quàm lacrymas & suspiria tua,
quibus, si ex tam puro corde ascendât,
nihil

nihil possit in cœlo denegari. Iisdem denique machinis veluti cœlum sanctâ violentiâ rapuisti: Sic te per sacros *amo-* Tēpus
res tuos obsecro; ut de mea nunc salute so- bene
licita, efficias, ne pretiosissimum tempus, impen-
quod Deus mihi ad agendam pœnitentiam dendū.
concedit, per socordiam sinè fructu dilabi-
sinam, sed illud bene impendam.

B. BERNARDE Rhedonensis, *Obijt*
 ex humili discipulo S. BERNARDI, anno
 ab Eugenio III. sacro senatui purpura- 1155.
 torum Patrum adscripte, titulo Dia-
 conî Cardinalis SS. Cosmæ & Damia-
 ni. Qui haustam à sanctissimo institu-
 tore vitæ puritatem, & sæculi contem-
 ptum, pertinaciter retinens, manus tu-
 as ab omni munere tam sanctè custo- *Incor-*
 divisti, ut rarum hoc in eo dignitatis *ruptus*
 gradu elogium, cum totius orbis ap- *cultor*
 plausu, reportaveris: *Nondum natum justitię.*
esse, cujus aurum vel argentum in munus
acceperis. Quinque annis te Urbs ad-
mirata est: post quos te cœlestis Curia
ad repositam Justitię coronam evoca-
vit. Æterna nimirum lege statutum est, *Justis*
ut ascensurus in montem Domini ingredi- *cœlum*
atur sinè macula, & operetur justitiam. *patet.*
Hanc tu me ita sectari doce; ut in die illa
magna letetur cor meum, quando coram
justo Judice non mera iniquitas, sed ve-
ra justitia inventa fuerit in me.

P


S. Ber-

S. BERNARDUS, ser. 55. in Cant.

Judiciū
Dei se-
verum.

Ego justitias judicabo. [ps. 74.]

Vias justorum (ni fallor) & actus eorum discussurum, & examinaturum dicit. Verendum valde, cum ad hoc ventum fuerit; ne sub tam subtili examine, multæ nostræ justitiæ (ut putantur) peccata appareant.



2. Maij, 6. Nonas.

Obijt
anno
1616.

B CANDIDE: qui candidam innocentia vestem sine macula ad decrepitos usque annos conservasti. Et quanquam inter hæreticos Hybernos educatus fueris, adeò tamen à levitate morum & perverso dogmate abhorrebas, ut anno ætatis decimo sexto ex Insula fugiens, solus sine duce Romam petieris. In quo itinere mira felicitate usus es in vitandis viarum erroribus: bivium enim offendens, post pronuntiata illa verba: *Vias tuas, Domine, demonstra mihi, & semitas tuas edoce me:* clausis oculis progressus es, ac per callem, in quo perrexeras, semper ad desideratum locum ferebaris. Romæ in amicum contraneum incidisti: à quo ductus

ductus in Hispaniam, ut internum vitæ candorem ejusdem coloris veste au-
geres, in monasterio Nucalensi Cister-
ciensem habitum induisti. Ubi cum
in te, jam ad sacros Ordines promotus, *Aposto-*
Superiores spiritum verè Apostolicum *lico spi-*
cernerent; in patriam te remisere. In *ritu in*
qua ut securius veritatis catholicæ se- *Hyber-*
mina spargeret; dissimulato in publi- *niam*
eis congressibus monacho, sub medici *redit.*
persona aditum tibi ad summos infi-
mósque fecisti. Et licet arti medicæ *medicū*
nunquam studueris, feliciter tamen *agit, &*
morbos gravissimos perlanasti: divinâ *multos*
utique virtute exilibus herbis, à te por- *cōveris*
rigi solitis, infusâ; dum & oculis capti
visum, & mortui vitam simplici illo
remedio recuperabant. In his sanctis
laboribus, collecto ingenti animarum
lucro, vitam horâ pridem præcognitâ
clausisti, summo catholicæ plebis do-
lore. *Tota vitæ hujus peregrinatio bivius*
intricatur, quæ concupiscentia blanditijs, *Bivium*
Deus eterni gaudij promissis consternit. Tu *salutis.*
averte oculos meos, ne videant vanitatem,
clausisque mundo oculis curram semitas
mandatorum Dei.

B. M A F A L D A, Castellæ Regina:
quæ regio thoro immaculatum Chri- *Obijt*
sti thalamum prudentissimè antepo- *anno*
nens, in Parthenone Aroucensi desti- *1252.*
P 2 natum

*Gemma
virtu-
tum.*


natum coronis verticem, humili Velo Cisterciensi obnubilâsti. Et ne deessent congruè huic diademati virtutum gemmæ, illas vel sanguine tuo rubentes flagellis; vel cæruleas assidua cœli contemplatione; vel in adamantis naturam duras, victûs austeritate composuisti. Neque magnetica vis amoris divini desiderabatur; qua multos à virgineo Sponso favores & prodigia, ac denique ipsum ad te cœlum attraxisti. Immortalis tuæ coronæ etiam corpus est particeps; quod ab annis inde 400. integrum & incorruptum asservatur. *Cedant nunc merita tua in ornamentum deformatæ animæ meæ. Amabit sic pulchram cœlestis sponsus, nec excludet à nuptiis æternæ vitæ.*

*Corpus
à 400.
annis
integrũ
manet.*

S. BERNARDUS, ser. 52. in Cant.

*Magna
Dei di-
gnatio
erga
homi-
nem*

Non me capio præ letitia: quòd illa majestas tam familiari, dulciq; consortio, nostræ infirmitati se inclinare minimè dedignatur: & superna Deitas, animæ exulantis inire conubia, eiq; sponsi, ardentissimo amore capti, exhibere affectum non despicit.



3. Maÿ



3. Maij. 5. Nonas.

B. ALEXANDER: qui suafu ductu- *Obijt*
 que sororis tuæ Mechtildis, relicto *anno*
 regno, clam è Scotia in Picardiam fu- *1217.*
 giens, ibidem in monasterio Fulniaci
 pro sceptro baculum, agendis pecori- *Regniis*
 bus aptum, pro purpura fervilem con- *terrenis*
 verforum cucullam apprehendisti. So- *deserit,*
 li DE O nota erat generis nobilitas;
 latentem tamen majestatem prodebat
 tum frontis jubar, tum animi magni-
 tudo, grande quidpiam observantibus
 insinuans. Quod suo bono expertus
 est vir quidam nobilis: qui venandi ar- *Ursum*
 dore in patentem campos (ubi armenta *sternit:*
 pascebas) delatus, imminentis ursi ra-
 biem jam frustra effugere quærebat.
 Cujus trepidationem cernens, arrepto
 ex pallentis manu telo, formidabilem
 belluam uno ictu confecisti. Hujus-
 modi gestis, præter alia virtutum ope-
 ra celebris, genus tamen manifestare
 non sustinebas, nisi novi regni heres. *glorio.*
 Mox autem post felicem obitum cui- *sus ap-*
 dam fratri te per visum exhibuisti, co- *paret.*
 ronam in capite, aliam manu gestans,
 cum dicto: *Corona, quam in manibus te-*
neo, corona extitit temporalis, quam dese-
rui

rui: illa, qua caput ornatur, corona est, quam communem cum sanctis accepi. Etiam
Jus ad coelum. mihi Unigenitus Dei Filius suo Sanguine
jus ad regnum caeleste acquisivit: de quo licet miser per peccatum exciderim, spem tamen concipio restitutionis, si tua intercessione & patrocinio me Judici Clementissimo commendaveris.

Floruit circa annum 1163. B. WALTERE, itidem ex regia Scotorum familia oriunde; & pariter vilia fratrum Conventorum munia, pomparum terrenarum fastui præferens in Meylosa: ubi hospitem obsequio deputatus, ut charitatem pleno sinu posses effundere, prodigiosa de caelo subsidia tulisti. Laborabat aliquando coenobium gravi penuria frumenti: qua durante, panem hospitibus eundem, semperque integrum longo tempore apposuisti, nihil omnino decrefcentem, cum tamen non pauci ex illo quotidie faturarentur. Finem autem miraculo fecisti, mox ut illud in vulgus fama produxit; vanæ gloriæ tineas humilitati magis, quam pani metu-

Unico pane plurimos satiavit.

Angelum suscepit hospitē. ens. Aliàs cum tres in monasterium peregrinos induxisses; tertium nemo, præter te, aut vidit aut agnovit. Quis verò ille fuerit, eadem nocte secundum quietem intellexisti: dum sub habitu illius hospitis Angelus monasterij

Tutelaris

Tutelarisi in hæc verba te allocutus est. *Fixum, aiebat, teneas, quòd eleemosynæ, & orationes vestræ ascendunt ante Dominum. Sancti Walleni Abbatis tui obitum cum graviter infirmus, ob visionem quandam, Romæ de ipso factam, anxie deplorares; ipse te ostensione suæ in cælo gloriæ consolari, & in veritatis testimonium integræ sanitati restituere dignatus est. Jam gnarus, quale hospitium Deo maximè placeat, doce me cordis mei tricliniū tali ornatu comere, ut ad illud suā gratiā divertere non dedignetur dulcis hospes animæ Jesus.*

Anima,
hospitiū
Dei.

S. BERNARDUS, ser. 46. in Cant.

*Non putes, de propria amore quietis, sanctæ obedientiæ actibus, seniorumve traditionibus, præjudicium ullatenus faciendum: alioquin non dormiet tecum sponsus in lecto uno, illo præsertim, quem tibi pro obedientiæ floribus, cicutis, atq;
urticis inobedienciæ*

sponsus
dormit
in lecto
obedi-
entiæ.

aspergisti.





4. Maij. 4. Nonas.

Floruit
anno
1621.

Fugat
dæmo-
nem.

Innocē-
tia vitę

B. DIDACE, Donate Ordinis Cisterciensis: qui in Valle Paradisi apud Hispanos longo tempore sanctissimè conversatus, admiranda simplicitatis & humilitatis exempla reliquisti. Cui **DEUS** inter orandam cœlestia arcana, & divina mysteria patefecit, rerúmque futurarum eventus indicavit. Vir eras in oculis tuis humilis & abjectus; sed in conspectu **DEI** & hominum verè magnus: diabolicis verò spiritibus adeò formidabilis; ut tuam præsentiam non ferentes, malè occupata hospitia deserere cogerentur. Trophæa hæc erant innocentia tua; quam in tam illibata munditie conservasti; ut cum in mortuali lectulo totius vitæ noxas sacro Judici detegeres, is divinam in te gratiam obstupescens, testatus fuerit, se nullius peccati letalis te reum deprehendisse. Locus sepulturæ designatus est in templi ambitu, in quo, velut præviso expectationis tuæ domicilio, plerasque noctes in oratione vigilaveras. *Descendam & ego seriâ ac frequenti meditatione in locum illum horroris. ac tristissimæ solitudinis,*
ubi

ubi fatidum hoc cadaver vermes depascentur: scio, etsi non lætior, nunquam tamen non melior ex illa fovea redibo. Mortis memoria.

B. CATHARINA: quæ Judæis parentibus Coloniae Agrippinae nata, singulari DEI favore præventa, nondum completo sexennio, altiore quàm pro ætate prudentiâ, mirari primùm Christiani ac Judaici nominis discrimen, paulatim verò illud huic præferre, & præsertim ad dulcissimum MARIÆ nomen ingenti gaudio perfundi cœpisti. Quod ut tantò sæpiùs audires, furtivè subductos panes egenis distribuebas, toties in lætitiæ lacrymas soluta, quoties MARIÆ invocatio petentium, aut gratias agentium verbis miscebatur. Migrante Lovanium patre, Reynerum, notæ pietatis Presbyterum, rogâsti, ut te in Fidei mysterijs erudiret. Id aliquamdiu, nemine piam fraudem advertente fecit. Sed per servorum nequitiam prodita, & jamjam in custodiam raptanda, à cœli Regina jussa es fugam arripere, & ad monasterium Parcę Dominarum properare. Ibi salutaribus undis abluta, Rachelis appellationem in Catharinæ vocabulum mutavisti. Quo audito, parens nullum non lapidem movebat, quò te in suam potestatem redigeret.

*Audito
Mariæ
nomine
exultas*

*Bapti-
zatur.*

*Variè
impu-
gnatur* Nam provinciæ Ducem, quin & Epi-
 scopum homo pecuniosus aureis telis
 ita sibi fecit obnoxios; ut n̄ invocatus
 fidelium animarum Pastor Honorius,
*insidijs
elusus,* suam interposuisset authoritatem, pa-
 rum abfuerit, quin te Christi oviculam
 lupi diripuissent. Alio postmodùm a-
 riete, blandimentorum scilicet, expu-
 gnanda, parentum & cognatorum ad-
 ventum ex tetri foetoris (qualis Judæ-
 orum esse solet) signo præsentiens, Ab-
 batissam rogavisti, ne illis tui videndi
 copiam faceret. Jam sacro Cisterciensi
*causam
dicit,* Velo armata, ut tot bellis finem im-
 poneres; ad publicam Juris disceptati-
 onem prodire minimè verita, coram
 emptis à parente causidicis, tam gene-
 rosâ mentis constantiâ, & simplici li-
 cèt facundiâ tuam causam perorâsti:
*Et vin-
cit.* ut pios ad lacrymarum imbrem, ho-
 stes ad vana minarum tonitrua ade-
 geris. Deinceps enim ab incurribus li-
 bera, unam hanc suscepisti curam; ut
 Liberatrici tuæ diu noctûque pæana
 cantares: à qua vicissim multos favo-
 res, gratiam patrandi miracula, & ali-
 as insignes consolationes ac denique
 cœlestem gloriam in summa senectu-
 te accepisti. *Floruisti sanè inter spinas
lilium: quæ te ut non otiosa circumdedere,
ita sub potentiissimo Mariæ patrocinio reli-
querunt*

querunt innoxiam. Roga eandem inferni
domitricem, ut me inter spinas tentationis
periclitantem non permittat hostibus salu-
tis succumbere.

S. BERNARDUS, ser. 48. in Cant.

O candens lilium! O tener, & deli-
cate flos! Increduli & subversores
tecum sunt: vide, quomodo cautè am-
bules inter spinas. Plenus est mun-
dus spinis: in terra sunt; in aëre
sunt; in carne tua sunt. Versari in
his, & minimè ladi, divina potentia
est, non virtutis tuæ.

Tenta-
ri, & nō
vinci,
divinæ
virtutis
est.



5. Maij. 3. Nonas.

S. MARTINE: qui cū ob sangui-
nis nobilitatem, & præstantissimas
naturæ dotes, in magnam spem gene-
ris à parentibus educareris; amissio in-
ter adolescentiæ flores patre, ipse quo-
que mundo valedicens, Ordinem Ci-
sterciensē in cœnobio Hortensī am-
plexus es; juvante, & promovente pi-
jissima matre; quæ te cum amplo pa-
trimonio per solennem donationem
Blasio, tunc ejusdem loci Abbati, ob-
tulit.

Obiit
anno
1213.

Juvenis eligitur Abbas. tulit. Quanta vitæ puritate, & virtutum laude primos sex religionis annos peregeris, ex eo clarum est; quòd te votis communibus jam tum in Blasij successorem elegerint Hortenses. Regimen porrò tuum DEO acceptum esse, filiorum docuit sanctimonia, quos ad omnem perfectionem erudiebas: sed & Regibus gratum; utpote qui ad Hortam non semel tantùm accedere, ac te familiariter invisere dignabantur. Ea denique fuerat sanctitatis tuæ veneratio; ut bellorum duces & milites sibi certam de hoste victoriam pollicerentur, si tuis auspicijs, & fausta precatio-
à Rege invisitur. ne muniti, prælia inirent. Quæ bellatorum fortuna in maximum coenobij incrementum cedebat: dum grati victores opima spolia tecum, velut triumphorum causâ, liberaliter partiebantur. Vacabat inter hæc Sedes Seguntina: cui, postquam viginti annos monasterium gubernaveras, cum totius regni gratulatione impositus, effecisti, ut tam clero quàm populo ad tuarum virtutum exempla conformato, Sponsam sic exornatam, cum gloria alterius curæ tradideris; atque ad Hortam tuam te denuo receperis. Ubi pristina vitæ monasticæ exercitia, cum incredibili animi demissione resumēs,
Spolys hostiū donatur.
Episcopus ordinatur. summo

summo perfectionis apice conscenso, non habebas ultrà, quo enitereris, nisi in coelum. Utrobique autem relicto tui ingenti desiderio, & Hortensibus, & Seguntinis sua vota implevisti. Non longè enim ab obitu, Juvenis quidam *Angelus caput illi* peregrinus (cujus originis fuerit, exitus *us Seguntinũ* probavit) aspectu pulcher, Episcopo *defert.* successori & Canonicis caput attulit, cum dicto, id esse cujusdam magni Sacerdotis, olim illius civitatis Episcopi. Quibus dictis bajulus ille evanuit. Sacrae exuviae cum decenti veneratione susceptae, cum pluribus in dies miraculis illustrarentur, nemini jam dubium erat, quin sub tuo nomine colendae forent. Sed omnis controversia dirempta est, quando multis post annis corpori è terra elevato caput deesse compertum est, cum de cætero esset incorruptum: indeque firmata fides, quòd ab Angelo sub Juvenis persona Seguntum translatum fuerit. Atque hinc est, cur te sancti Sacerdotis titulo, ut per oraculum indito, publicis ritibus Ecclesia honoret. *Præserva me, Magne Sacerdos, ut nihil operis aut cogitationis admittam, quod plusquam Angelica dignitatis officium dedecet: ne pretiosissimum aeternae salutis remedium, mihi vertatur in iudicium & condemnationem.* *Alta sacerdotis dignitas.*

Perse-
verantia.

Vixit
circa
annum
1229.

Humi-
litas.

Quæ sit
vera
humili-
tas?

Beati plusquam centum Monachi: qui ab hæreticis Gallicanis per varia tormenta cruciati, candidam Cistercij gloriam, vestri sanguinis purpura tinxistis. *Coronam, quam recepistis, & quam ego à Dei bonitate exspecto, sola tollet, quæ illam vobis contulit, perseverantia. Hanc mihi à Deo, nec enim majus aliquid rogare possum, per merita vestra impetrate.*

B. ALEIDIS, prima Vallis Ducis Abbatisa, ex primæ nobilitatis parentibus Brabantinis nata: quæ cum ingenij bonitate, & acceptis à superna gratia virtutibus esses clarissima: humilimarum tamen functionum studiosa, nihil gloriosius esse ducebas, quàm nomen ancillæ pauperum: quibus ea demissione animi serviebas, qua Christo corporaliter præsentem fuisses famulata. *Didicisti nimirum à Christo, cui te totam addixeras, pretium & præmium humilitatis. Utinã & me ad eam sectandam tam valida incitamenta excitarent!*

S. BERNARDUS, ser. 16. in Cons.

Appetere de humilitate laudem humilitatis non est virtus, sed subversio. Verus humilis vilis vult reputari, non humilis predicari. Gaudet

det contemptu suo: hoc solo sanè superbus, quòd laudes contemnit.



6. Maij. Pridie Nonas.

B PETRE, Prior monasterij Alva-
strensis in Suecia: qui dum in gra-
vissimis pro monasterio, & animarum
salute laboribus agitabaris, famem, si-
tim, pericula itinerum, contumelias,
& mille alias molestias æquissimo ani-
mo supportasti. Quarum afflictatio-
num sublata occasione, ne patientiæ
suum deesset alimentum, nec tamen
infirmi novitate rigoris turbarentur,
extra clausuræ septa habitaculum ele-
gisti: in quo humanæ vitæ fomentis,
cibo somnóque, vix non omnino ex-
clusis, Angelus terrenus inter cœlestes
vixisti, cùm paulò minor ab illis feli-
citas tibi ad intuenda divina mysteria
diu noctúque illucesceret. Iisdem ju-
bentibus, Revelationes S. Birgittæ in
unum volumen conscriptas, vulgasti.
Neque difficilis tibi fuit ad cælum via;
quod nimirum adhuc mortali semper
patere solebat. *Cæcitatæ nostræ vitium*
est, si cælum ignoramus. Lux illa stella-
rum serena, tot monstrat causas amoris in
Creatorem, quot radios emittit. Oriatur in

Obijt
anno
1378.

Vita
Ange-
lica.

Lumen
amoris
divini.

corde

corde meo; te accendente, hoc indeficiens lumen, meque totum rapiat in illum amorem, quo solo beata erit aternitas.

Circa B. HENRICE: qui cum in munc-
annum re Episcopali negligentius, quam de-
1260. cebat, ovium creditarum pastorem a-

*Admo-
netur
curæ
salutis
per vi-
sum.*

geres, Pastorum Princeps D. Petrus tibi sub nocturna quiete librum apertum ostendit: cumque primo intuitu verba illa occurrerent: *Mortificas animas, quæ non moriuntur, & vivificas, quæ non vivunt*: perterritus, vultum avertebas. Illo autem urgente, ut plura legeres; vidisti in margine scriptum: *Quando reduces animas de inferno, quas per tuum desertitas exemplum aeterno supplicio tradidisti? Ita visio quidem ab oculis, sed non ab animo evanuit. Idcirco ut reddendam rationem ex parte minueres, ac tuæ salutis melius invigilares; relicto pastoralis officio, ovium te gregi in monasterio Camberonensi adjunxisti: ibique tum animi mansuetudine & humilitate, tum vitæ rigore & pœnitentiæ operibus dignum te reddidisti, qui inter oves electas ad cœli pascua deducereris. Egerem & ego sæ-*

Vigilã. *pius ejusmodi moniure, dum sepositâ salutis aeternæ curâ, in veteratæ negligentia indormio. Tu Petrum age: & stertentem ad serias tandem vigilias excita.*

S. Ber-

S. BERNARDUS, ser. 21. in Cant.

Cum te torpore, accediâ, vel tadio
affici sentis; noli diffidere, aut desi-
stere à studio spirituali: sed juvantis
require manum, trahi te obsecrans,
sponsæ exemplo.

Torpor
spiritus
fiduciâ
superâ-
dus.



7. Maij. Nonis.

B. G O B E R T E, Comes Asperi mon-
tis in Lotharingia, ut genere ac di-
vitijs potens; ita non minùs magnani-
ma belli virtute celebris: qui proprijs
opibus militum copias contra Sarace-
nos; ad recuperandam Palæstinam, e-
ductas, multis tuo ductu victorijs in-
clytas fecisti: tunc maximè de palma
lætus, cum ex manubijs egeni ditefce-
rent: quorum pater ac tutor vulgò au-
diebas. Sed gloriæ majoris avidus, ut
de mundo ac teipso triumphum ador-
nares, Cisterciensibus in Villario no-
men dedisti. Hic arma in temet con-
vertens, vitæ austeritate, vigilijs (ad
quas te per varios cruciatus excitare
solebas) & orationum instantiâ, emi-
nebas præ multis: veluti etiam prodi-
giorum famâ: quibus post acceptam
in cœ-

Circa
annum
1240.

Miles
episcopus &
fortis,

& in se
rigidus

Vincē-
dum,
aut pe-
reundū

in cœlis laborum coronam, sepulchri quoque honores cumulavisti. *Tanta est pugnandi in hac vita necessitas, ut ne fugæ quidem remaneat locus: sed, quod Romanus ille Imperator dixerat, vincēdum sit, aut pereundum. Tu mihi, ne hostibus succumbam, tuum de cælo robur submitte.*

Circa
annum
1200.

Profici-
endi
studiū.

B. ADAME, Abbas monasterij de Trappa, egregiarum virtutum exemplar, & miraculorum patrator mirifice: qui postquam monastici rigoris observantiam in provincia Parthica insigniter promovisses, multosque ad eam amplectendam doctissimis exhortationibus invitasses, plenus diebus ac meritis migrasti ad Dominum. *Utinam ego tuum in conquirendo spiritali lucro fervorem aliquatenus imitarer, & veluti tu proprio profectu non satiatus, etiam aliorum salutem promovisti: ita ego in quotidianas augendi meriti occasiones studiosius intenderem.*

S. BERNARDUS, ser. 47. in Cant.

Profici-
endum
semper

Nequaquam sufficit, semel vel secundo operari, quod bonum est, nisi incessanter addas nova prioribus, quatenus seminans in benedictionibus, de benedictionibus & metas.

S. Maÿ.



8. Maij. 8. Idus.

S P E T R E: qui ad omnem pietatem *Obijs*
 à parentibus assuefactus, in mona- *anno*
 sterio Bonævallis vitæ sanctioris no- *1174*
 vos natales accepisti. Admirabantur *Adhuc*
 in te Superiores hilarem, & ad omnia *tyronis*
 promptam obedientiam: æquales cha- *summæ*
 ritatem, nullis obsequiorum laboribus *virtu-*
 fatigabilem: inferiores tuum in rebus *tes.*
 divinis ardorem, despoticum in passi-
 onum turbas dominium, aliâque vir-
 tutum decora, velut in speculo intue-
 bantur, ex quo perfectiõnis summæ
 compendiosam viam ediscerent. Un-
 de cum ad construendum Stamediense
 monasterium cohors fratrum è Bona-
 valle esset mittenda; tu octavo non- *Fit Ab-*
 dum finito in Religione anno, iisdem *bas Sta-*
 Abbas designatus, ea jecisti fundamen- *medij:*
 ta, quæ sciebas in maxjmam altitudi-
 nem surrectura. Pauperes tam liberali
 commiserationis affectu complecteba- *libera-*
 ris; ut non solùm illis mensa tecum es- *lis in*
 set ubique communis, sed etiam, ut ij *egenos.*
 foverentur, tu detractâ exteriori veste
 algebas: ut lautè cibarentur, herbis, &
 aqua mensam tuam instruebas. Effun-
 debat se idem charitatis ardor in alios
 etiam

*Miracula
patrare
incipit.*

*Ejus jã
Archiepiscopi
labores*

*solici-
tudo,*

*libera-
litas.*

etiam, quacunque demum ex miseria tristes: dum cuidam nobili fœminæ, precibus tuis quindecennem sterilitatem abstulisti; alterum, cui paralysis omnia membra ligaverat, non secus ac olim Servator noster, tollere grabatum suum, & ambulare jussisti. Notissimam ex his prodigijs sanctimoniam tuam Clerus Tarantasiensis ad thronum Archiepiscopalem vocavit: cui electioni nunquam consensisses, nisi te Capituli Generalis, & BERNARDI authoritas compulisset. In hujus muneris administratione si tuos in reformanda Diœcesi labores recensere, si charitatis & humilitatis actus innumeros, si miraculorum catalogum per texere esset in animo, prolixum volumen impleri necessè foret. Nullam enim Ecclesiam in toto districtu omisisti, quam non digno Pastore, & decenti suppellectili ornâveris. Nemo fuit ex omni egentium numero, qui liberalitatem tuam non senserit: imò vel nunc non sentiat in pluribus xenodochijs ac monasterijs, quæ aut noviter erexisti, aut è ruderibus extracta, redditibus auxisti. Id ex millibus memorabile; quòd quadam die Dominica aliquot mille pauperes, pro more ad curiam tuam accurrentes, unicâ pernâ &

& modica viciarum quantitate (quinque vix hominibus in unius diei alimoniam sufficiente) satiatis dimiseris: luce diei citiùs, & qui peterent, deficientibus, quàm qui darent. Alio tempore ultrà duodecim horas in edita turri, ligneis cancellis, ne ab irruente multitudine opprimereris, munitus, continua manuum impositione ascendentes vel allatos per unam cochleam infirmos excepisti, per alteram descendentes cum gaudio receptæ sanitatis, emisisti. Eadem series prodigiorum te per urbes pagósque iter facientem ubique comitabatur. Cùm autem jam publica vox populi te, ut verè sanctum deprædicaret, metu vanæ adulationis, fugâ in Germaniam arreptâ, ferè per annũ latuisti ignotus. Quo quidem tempore fortunatissimus tibi videbaris, cùm inter monachos ultimo & neglecto, una esset, sinè negotiorum strepitu, cum DE O familiaritas; nunquam interrumpenda, nisi pauperum clamor, cœlo vim inferens, effecisset, ut agnitus ad tuos incredibili plebis jubilo reducereris. Inde ad publica orbis negotia vocatus, discordantes inter se Reges ac Principes, aut eloquentiâ divinâ persuasisti, aut signis miraculorum adegisti ad pacem.

Expertus

Modico cibo ingentem multitudinẽ sariat.

Prodigia innumera

Fugâ honorẽ declinat.

358 ANNI CISTERCIENS.

*Schif-
mati se
opponit*

*illius
vestigi-
a mira-
culis
clara.*

*Sepul-
chrum
ex pro-
digijs
glorio-
sum.*

Expertus est hos laborum tuorum fru-
ctus Alexander III. Pontifex, pro quo
in feralem schismatis furibundi silvam
primus te, & propè unus, immisisti. Hic
iterum prodigiorum armis pugnatum,
relictis per omnes regiones peragratas
sanctimonix tuæ vestigijs: verè vesti-
gijs: nam & illis vim divinam impres-
sisti. Cujus rei memoria celebris extat
haud longe à monasterio Bellæ vallis:
ad quod dum senio ac defatigatione
debilis properares, in loco, ubi parum-
per quietis ergo resederas, incolæ cru-
cem fixerunt, multis postea miraculis
celebratam. Itaque ad Bellam vallem
delatus, cum te in optata mortis vici-
nia esse, lætus agnosceres, post susce-
pta miro devotionis ardore Sacra-
menta, expletis in Præsulatu annis tri-
ginta tribus, animam de tota republi-
ca Christiana quamoptimè meritam,
in medio psallentium confratrum ad
cœlos emisisti. Corpus per biduum
pro devotæ plebis solatio expositum,
quot beneficia in supplices distribue-
rit, obstupescere quivis potuit, dinu-
merare nullus: veluti etiam illa, quæ
cum temporis decursu ad sepulchrum,
verè gloriosum, picturarum antiqua,
& recentia monumenta ostendunt.
*Non sola Bella, sed tota hæc lacrymarum
vallis*

vallis sit medicâ manu tuâ felix: in una anima mea invenies sat copiosam infirmitatum materiam, ex qua miraculorum numerum augeas.

B. GALTERI, Clarævallis Con-Floruit
verse: qui humili, & miram dulcedi-Circa
nem spirante charitate, ad omnium annum
obsequia promptus, quanta essent tua 1151.
apud DEUM merita, à familiari aliàs
tibi Angelo discere meruisti. Vocabat *Visio-*
ille te per visum ad Ecclesiam, jussitq; *ne mira*
vestimentis Sacerdotalibus indutum, *erudi-*
Sacrum de Spiritu sancto dicere: cui *tur.*
refragari non ausus, licet literarum ru-
dis, injunctum munus feliciter exple-
visti. Ac ne somnium inane crederes
fuisse, singula per ordinem illius Missæ
verba ita memoriæ inhæserunt, ut sine
hæsitatione illa jussus recitares, & usq;
ad beatam mortem libri instar essent,
ex quo devotæ contemplationis & o-
rationis gustum hauriebas. Felix fuit
simplex ignorantia tua, quæ sic divinitus *Legēda*
erudiri promeruit. Quot horas in vana *utilia.*
& inuili lectione combussit curiositas
mea! Tu doce me legere, prout suadet

S. BERNARDUS, ser. 36. in Cant.

Quid est, sapere ad sobrietatem?
[Rom. 12.] Vigilantissimè observare,
quid

Quamā
scienti-
a sit
utilif-
sima? quid scire magis, priusve oporteat.
Tempus enim breve est. Est autem,
quod in se est, omnis scientia bona,
quæ tamen veritate subnixa sit: sed
tu qui cum timore & tremore tuam
ipsius operari salutem pro temporis
brevitate festinas, ea scire prius am-
pliusq; curato, quæ senseris viciniora
saluti.



9. Maij. 7. Idus.

Obijt
anno
1165. **B** P E T R E, Alphonsi primi Lusita-
norum Regis frater: qui negotio-
rum causâ ad Claramvallem missus,
dulcissimo BERNARDI colloquio
in tantum captus es, ut eidem promi-
seris, dimissâ profanâ, sacram sub Ci-
stercio militiam sequi. Verùm cum &
ingenti corporis specie, & robore nulli
esses ea tempestate secundus; prætereâ
multis Maurorum victorijs inclytus;
evanescere inter blandientis fortunæ
& armorum strepitus, pius ille spiri-
tus cœpit. Cùm idem, à quo illum ac-
ceperas BERNARDUS, tibi per vi-
sum candidam cucullam obtulit: reni-
tenti primùm; quam tamen, promisso
in me-

S. Ber-
nardus
illum

in memoriam redeunte; gratanter acceptatam in Alcobatia induisti. Sed animum inter belli pericula imperterritum penè dejecit monastica sobrietas; cùm vastum corpus castrensi assuetum luxui frugalem Regulæ parsimoniam non ferret. Adhibuisti quidem compescendo malo flagella, aliasque pœnalitates; frustra tamen, nisi in auxilium vocata castrorum acies MARIA impresso fronti tuæ Crucis signo, hoc animi carnisque dissidium composuisset. Porrò quàm rigidam à te disciplinæ observantiam exegeris; vel ex hoc uno liquet: quòd cùm te quispiam pristinæ militiæ confors inviseret, & jactantiùs de bellicis facinoribus disseruisses: ejus sermonis noxam septem mensium silentio ita castigaveris; ut nullum verbum, nisi in oratione protuleris. Sic texens victorijs victorias, evolâsti ad immarcessibilem coronam in regno, quod non nisi victores admittit. Id sanè insueti luminis, odorisque amœnitas in obitu totam domum perfundens, manifestè indicavit. *Gaudeo de triumphis tuis: nec ignore, quibus armis illos comparaveris. Tu modò firmato manus meas in certamine: cadet utiq; in conspectu meo adversarius, si illi sit cum duobus congregiendum.*

Tentationes vincit ope B.V.

Incautus sermone rigidè punit.

Auxilium in pugna.

Q

B. GE-

Circa
annum
1135.


Via in
cælum
est nota

B. GERARDE: qui abjecto militari balteo, quo eras famosissimus; relictis prætereà divitijs longè maximis, inter pauperes Villarij Conversos tot virtutum titulis claruisti, quot olim inter arma trophæis. Sed feliciùs sub vexillo Christi merebas; sub quo nempe sanctimonię gloriam, & pro stipendio cælum reportâsti. *Culpa excusabilis est, aberrare à via, quam nulla vestigia notaverint. Recta in cælum via mille sanctorum, atque ipsius Dei-Hominis vestigijs trita est. Quis proinde rubor erit, per illa progredi nolentis?*

S. BERNARDUS, ser. 47. in Cant.

Christi
exem-
plum
incitat
ad pu-
gnam

Tu, Domine Jesu, doces manus meas ad prælium exemplo virtutis tuę, tu caput meum post victoriã tuę coronas præsentia majestatis. Sive quia pugnãntem te specto; sive quia te expecto non solùm coronãntem, sed & coronam: in utroq; mirabiliter tibi me allicis; uterq; funis violentissimus ad trahendum.



10. Maij.



10. Maij. 6. Idus.

B. PETRE: qui inter arma educatus *Obijt*
 aliud vitæ genus; præter bellicum, *circa*
 propemodum ignorabas. Et cùm ro- *annuus*
 bore membrorum emineres, audaciam *1175.*
 juvante fortuna, non inglorius milita-
 bas. At postquam seriâ æstimatione
 pensabas, quàm tristi fato quotidie so-
 cij raperentur, sinè præmissa cura bea-
 tæ mortis: tædere te cœpit periculosi
 laboris, cuius minerval tandem non
 foret aliud, quàm pœnitenda æterni-
 tas. Igitur melioris militiæ Duci BER-
 NARDO in Claravalle nomen dedisti.
 A quo, dum erat superstes, pijsimè in-
 structus, DEO in vera simplicitate cor-
 dis serviebas. E vivis autem transla-
 tus dulcissimus Parens, tibi in splendi-
 da luce apparuit, ac cœlesti doctrina
 tam prodigosè imbuuit, ut, licèt antea
 nomen idiotæ tua tibi simplicitas im-
 posuerit, ab illa hora eruditissimum
 quemque superares. Accessère huic
 prodigio plura alia per manus tuas pa-
 trata; uti & revelationes rerum divi-
 narum, quibus utque ad felicem vitæ
 finem illustrabaris. *Quàm necessarium*
mibi sit interius animæ lumen, etsi miser
cum dolore sentiam, ex hac tamen caligine
 O 2 *nunquam*

S. Ber-
nardus
ex rudi
facit
doctum

Lux
animæ.

nunquam emerſurus ſum, niſi per interceſſionem tuam fiat, ut illa lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, illuminet tenebras meas.

Obiit circa annum 1184. B. TERESIA, Regum Aragoniæ ſtirpe oriunda: quæ ſtatim poſt nuptias vidua, ex bonis mariti, ad te heredem ſpectantibus, inſigne monaſterium de Gradefes condidiſti: quod juxta dotem ampliffimam, alijs poſſeſſionibus auctum ſedecim annis ſub Inſtituto Cifterciendi ſanctiſſimè rexiſti, atq; poſt obitum ſepulchro miraculis glorioſo decorâſti. *Ora pro me, ut regni cæleſtis hereditatem, per peccata mea perditam, bonorum operum pretio recuperem.*

Circa annum 1235. B. JOANNES, olim Canonice regularis: ſub qua regula quanto pietatis fervore vixeris, declaravit ardens deſiderium, quo ad ſupremum perfectionis gradum contendebas. Hoc ipſum nempe ſtudium te perſuaſit, ut relicto mitiori Inſtituto, Cifterciendi in Villario amplexus fueris. Ubi probatus inventus, ſacratis DEO virginibus in moderatorem datus es: quas non ſolùm verbo & exemplo fideliter inſtruxiſti, ſed etiam doctis lucubrationibus, quæ feceris & docueris, poſteritati voluiſti eſſe teſtatum. *Rara eſt illa felicitas, quæ ſupremus perfectionis apex attingitur.* *Conatus*

natus tamen veluti omnibus incumbit: ita **Cona-**
 nemini difficilis est; minùs impossibilis, nec **tus pius**
 sua mercede vacuus. Tu me meritis tuis
 in hoc saltem conserva & conforta.

S. BERNARDUS, ser. 47. in Cant.

Necessè est sanè reparare frequen- **Nun-**
 ter, & semper recentiores apponere **quam**
 flores, quòd diu odorem suum minimè **cessan-**
 retineant, nec decorem. Alioquin ja- **dum ita**
 cet & marcet flos boni operis, atq; in **via per-**
 brevi omnis ex eo nitor exterminatur **fectio-**
 & vigor; si non alijs atq; alijs superje- **nis.**
 ctis pietatis actibus, continuè repare-
 tur.



II. Maij. 5. Idus.

B. GUIDO, sanctissimi Patris BER. **Obijs**
 NARDI frater natu maxime: cui anno
 te ad mundi contemptum vocanti, fa- **1136.**
 cillimum præbuiſti assensum. Et con-
 jux quidem juvencula, jámq; filiabus
 fœcunda, pio consilio pertinaciter ob-
 luctabatur: tam vehementi tamen a-
 more sanctioris vitæ exarseras; ut ere-
 mitam in ipso sæculi medio agere, &
 nobilitate generis, militari gloria, o-
 pibus

Q 3

Ab uxore dimittitur.

Claram vallem cum S. germano migrat.

cujus miracula arguit præsumptionis.

pibus, luxúque calcatis, pauperem ruri agricolam induere decreveris, donec per mortem aut consensum uxoris libertas daretur, monachatum amplectendi. Hunc verò obicem brevi temporis intervallo amotum iri, vaticinatus est BERNARDUS: dum illa fatali morbo correpta jam sponte à te flagitavit, quod priùs in te averfabatur. Transacto Cistercij tyrocinio; ad condendam Claramvallem germanos reliquos secutus, magnanimâ constantiâ extremam illam circa initia egestatem sustinuísti: cui adeò eras addictus; ut, dum œconomix præeras, vineam, à Converso plantatam, execratione reddideris sterilem, ne frugum illius abundantia sacra paupertas aut parsimonia perichitaretur. Non minori zelo humilitati cavebas. Eam ob causam non semel BERNARDUM miracula parantem seriò monere ausus es, ne in juvenili adhuc, & incauta ætate, sibi à vanæ præsumptionis spiritu pateretur illudi. Sed magistrum nempe docebas; cujus invicta animi mansuetudine zelus tuus ad scientiam fuerat erudiendus. Ab eodem denique Pontigniacum missus, subitanea ibidem febris obrutus. Cujus periculi olim vates, & tunc non inscius BERNARDUS, agonem

gonem tuum precibus fratrum Claræ-
vallis anxie commendavit: sed mox
in hæc verba lætus prorupit: *Fratres,*
inquiens, rogate Guidonem, ut oret pro S. Ber-
nobis; jam enim eo loco est, ut possit. Quo nardo
autem loco jam tum fueris, eidem ali-
quoties multo amictus lumine osten-
disti. Cum igitur orare pro miseris nobis
exulibus efficaciter nunc & feliciter possis;
eiam mei non esto immemor. Dirige gres-
sus meos, per sublimia virtutum tuarum
vestigia scãdere non valentes, per amatas
Bernardo humilitatis valles in viam salu-
tis.

S. BERNARDUS, ser. 37. in Cant.

Non est periculum, quantumcunq; ^{Humi-}
te humilies, quantumcunq; te reputes ^{litas}
minorem, quàm sis, hoc est, quàm te ^{nulla}
veritas habeat. Est autem grande ^{nimia.}
malum, horrendumq; piaculum, si vel
modicè plus vero te tollas, si vel uni
vi. elicet in tua cogitatione te præse-
ras.



12. Maij. 4. Idus.

B. WERRICE, Prior Alnensis, ma- ^{Obijt}
gnis virtutibus, sed præsertim cha- ^{anno}
ritate in proximos clare: qui, quantum ^{1217.}

Q 4

per

Beni- gnus in paupe- res: per juratam paupertatem licebat, Divi Martini in pauperes liberalitatem æmulatus, quidquid vestimentorum tibi demere poteras, egenis erogabas. Quæ tua benignitas ad eò in consuetu-
equo id agno- scente. nem abierat; ut etiam equus, quo ad itinera longiora utebaris, eam obser- vaverit, solitus, viso mendicabulo, sua sponte subsistere, veste meliore orna- tos concito cursu prætervolare. Mul-
revela- tiones, tas noctes in choro transigebas sinè so- mno, sed non sinè divinitùs immisâ luce: quæ aliquando per septem radios extensa, septemplicem in cœlo retri- butionem laboribus tuis promittebat.
prodi- gia; Cùm denique senilis debilitas manum tuam impediret, ne ultrâ ad egenos extenderetur, ægri succedere in benefi- cia; qui aquam, in Sacrificio abluendis manibus à te adhibitam, pro indubio contra febres antidoto bibebant. Le-
lectio sacra. ctionis piæ tam avidus, ut non alibi se- peliri volueris, quàm ubi illa quotidie juxta morem S. Ordinis frequentatur: quasi posteros ad nobile illud studium vel mutâ præsentia excitaturus. *Innu- meri sunt, qui melioris vitæ initium, aut in virtutibus profectum; libris debent. Tu intellectum meum illumina, & volun- tatem move; ut ex operibus meis appareat fructus lectionis.*

B. JOAN-

B. JOANNES: quidum in Veteri Monte Conversum sincera mentis demissione ageres, humilitatem tuam respiciente Domino, multa prophetiæ spiritu prædixisti, quorum veritatem illico probavit eventus, & secuta divinitus ultio in irrisores. *Quid est tota sacra pagina, quàm vox prophetica, justis præmia, impijs tormenta prænuncians? Et irrisori similis est, qui nec minis nec promissis ad meliorem vitam movetur. Tu me doce vaticinia illa tali cum humilitate, ac timore revereri, ut non ultionem, sed misericordiam divinam merear.*

Floruit
circa
annum
1217.

Observanda
Scripturæ
vaticinia.

S. BERNARDUS, ser. 54. in Cant.

In veritate didici, nihil æq̄ efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quàm si omni tempore coram Deo inveniaris non altum sapere, sed timere.

Humilitas &
timor.



13. Maij. 3. Idus.

Quis mihi, ô felicissime Christi Jesu collactaneæ BERNARDE, nunc pro atramento liquorem lacteum, imò quis mihi stylum præbebit Angelicum, ut inauditum ab omnibus

Contigit
anno
1146.

Q5

retro

retro sæculis MARIANÆ dilectionis favorem, quo benedicta labia tua hodierna dies irroravit, pro dignitate recenseam? Aspicio te inter ubera comorantem Sponsæ Spiritûs sancti: Lac illud sugentem, quod, ut biberet, immensa Divinæ majestatis sublimitas sese ad infimam humanæ miseriæ inclinavit abyssum: & qui erat ab æternitate incomprehensibilis, parvuli formam suscepit, ut Virgineâ in terris ambrosiâ pasceretur; quâ nempe gratiorem nec condita à se cœli promptuaria poterant propinare. Sed & tu parvulus eras in oculis tuis, solus ignorans, quantum esset de magnitudine tua cœli terræque judicium. Quid igitur faceret Mater humilium, auditâ voce dilecti parvuli, clamantis, *Monstra, te esse Matrē?* Matrem sanè nihil aptiùs nisi ubera demonstrabant. Obmutescat calumniator impudens, hoc privilegium ad fabulas damnare non veritus. Miretur potiùs cum toto terrarum orbe divinam melliflui styli tui, maximè cum de sacratissima Virgine loqueris, dulcedinem, ex hac utiq; scaturigine fluentem: credâtque, ut multorum pia fides est, Amabilissimam Matrem te sæpiùs hac prærogativa fuisse dignatam. *Sed ego interim etiam ad te vota mea*

convertito

converto, & clamo: Monstra, te esse Pa-
 trem. Quod melius non prestabis, quàm
 si propitiam mihi reddideris clementissimam
 misericordiae Matrem. Nullum quidem
 momentum est, quo ejus subsidijs non indi-
 geam, sed una est hora, à qua quia tota de-
 pendet aeternitas, nunc anxie utrique pe-
 riculum sum mortis meae duellum commendo.

Mortis
 duellū
 patro-
 cinijs
 muni-
 endum.

B. THOMAS: quem in Angelica vitæ Passus
 puritate educavit sacra eremus mona-
 sterij Dunensis: & Anglicani furoris
 impietas ad gloriosam martyrij pal-
 mam produxit. Natalis enim soli, Fi-
 dem orthodoxam deserentis, ruinam
 cum æquo animo pietas tua non fer-
 ret; Insulam intrepidus repetijsti. Sed
 liberam tuam pro defensione veritatis
 catholicæ vocem detestata crudelitas;
 postquam te multis ærunis afflixit,
 nec tamen ab animi constantia dimo-
 vere prævaluit, tandem publicâ senten-
 tiâ in crucem egit, ac adhuc semivivâ
 linguâ falsa dogmata confutantem,
 membratim discerpfit. Dei solius do-
 num est incorrupta Fides. Quam veluti
 sanguine tuo testatus es: ita fac, ut eam in
 me esse vivam, opera mea fateantur.

S. BERNARDUS, serm. 51. in Cant.

Itaq; nec sinè flore fructus, nec sinè
 fide opus bonum. Sed fides sinè ope-

Q 6

ribus

*ribus mortua est: sicut inutiliter quo-
q; flos apparet, ubi non sequitur fru-
ctus.*



14. *May. Pridie Idus.*

Passi
circa
annum
1425.
Folia ti-
liæ pro-
digiosa.
Capu-
cium
mona-
sticum.

SANCTI Martyres AULÆ-REGIÆ
in Bohemia: qui ab hæreticis inter-
cepti, & in Tilia arbore suspensi, novo
victoriæ ornamento, tilijs pro palma
coronati, evolâstis ad sidera. Cujus
vestri triumpho perennem memoriam
conservat arbor, in qua pependistis,
ejus folijs in hodiernam usque diem
capucij monachalis formam referenti-
bus. Possent hæresis insaniam suam in
continuo à tot annis prodigio erubef-
cere, nisi infernali collyrio dementari,
quàm veritatem mallet agnoscere. Vos,
ô sancti, orate, ut hoc capuis tegumentum,
vel sola antiquitate venerandum, sit mihi
galea salutis; humilitatis (quam prima-
riò representat) insigne; scutum religiosæ
disciplinæ. Ac veluti coronam verticis te-
gere solet, ita me juvet ad promerendam
in cœlesti patria promissam Christum se-
quentibus coronam.

Floruit
anno

B. PETRE: quem Catalaunum
mundo dedit, BERNARDUS verò è
mundo

mundo ad Claramvallem rapuit. Idē ^{1175.}
 sanctus Doctor suas tibi virtutes tam
 altè impressit, ut plurimis post ejus o-
 bitum annis in te, tanquam vivacissi-
 mo speculo reluxerint. Superstes erat
 tunc in filijs BERNARDUS: quo-
 rum etsi ingentem numerum reliquit;
 tu tamen cum paucis aliquot singula-
 riter eminebas. Spectaculum erat mi- *Felici-*
 rabile mundo, Angelicis dignum ocu- *tas Cla-*
 lis ea tempestate Claravallis: quando *ræval-*
 longus seniorum ordo chori subtellicia *lis.*
 non tam candore vestis, quàm vene-
 randa canitie decorabat; & in tanta æ-
 tatis, indolis, natalium diversitate, u-
 na erat omnium similitudo morum,
 idem proficiendi ardor, eadem disci-
 plinæ regularis, ubique perfectissima,
 observantia. Et, quod exsuperat læti-
 tiæ omnem sensum, dum ad omnes se
 extendebat dulcissimi Parentis vaticini-
 cum promissum: Neminem ex toto fi-
 liorum cœtu ab æterna felicitate ex-
 cludendum. *Speculum hoc magnorum* *Specu-*
sanctitatis exemplorum, quæ tu in Ber- *lum ex-*
nardo imitatus es, in ejus tuæque vita eti- *emplo-*
am mihi proponitur. Tu modò imitandi u- *rum*
nam mihi gratiam impetra: ne vivam ve-
lut homo, considerans vultum natiuitatis
sua in speculo, mox, quæ viderim oblitus;
sed sæpe me alloquar, ut seipsum

S. BERNARDUS, ser. 55. in Cant.

Judici-
um de
seipso.

Judicabo mala mea, judicabo & bona. Mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lacrymis, punire jejunijs, ceterisque sanctæ laboribus disciplina. In bonis de me humiliter sentiam; & juxta præceptum Domini, servum me inutilem reputabo, qui, quod facere debui, tantum feci.



15. Maij. Idibus.

Obiit
anno
1618.Stat
promis-
so sub
mortem
facto.

B. MARGARITHA, Vallis Rosarum monialis: quæ à sæculi vanitate ad DEUM toto animo conversa, humilitatis operibus, & perfectionis omnimodæ studio te continua exercitatione addixisti. Raptus frequentes experta, beatissimæ cælorum Reginae præsentiam fruebaris; spiritu etiam prophetico clara. Cùmque extema ægritudine laborares, & inopinata paralyfi Abbatissa miserè cruciaretur; tu pollicita es, te illi statim à morte sospitatem integerrimam de cælo allaturam. Quàm verò compendiosum eò iter habueris, eodem penè momento secuta promissi veritas fidem fecit. *Ferale ma-*

luna

lum est paralysis, efficiens ex homine spirans cadaver. Tu animam meam ab hoc morbo libera: move stupidam ad opera pietatis: ne jaceat in vivo corpore, velut putridum cadaver.

Animæ
paraly-
sis.

B. RICHARDE; monasterij Eboracensis in Anglia pius quondam asceta sub Instituto Benedictino. Cujus arctiorem observantiam desideranti, duodecim se socij adjunxere, cum quibus ad incultam eremum egressus, ope Trustini Archiepiscopi, initium dedisti monasterio Fontanensi. Celebrimâ deinde Ordinis Cisterciensis famâ motus, à Patriarcha BERNARDO monachos petijsti, qui te illius ritus edocerent. Quem favorem quàm ille benignè indulerit, loquitur aurea epistola, quâ te in bene ceptis confirmavit. Crevere deinceps in tantam amplitudinem tui Fontes, ut ex illis integra flumina virorum sanctitate & doctrina illustrium prodierint. *Discam & ego ex hac epistola illud, quod in te admirans Bernardus laudat, proficiendi in meliora studium: nec sim inter illos, quos ibidem ita deplorans, ait:*

Floruit
anno
1132.

S. BERNARDUS, Epist. 96.

Multo facilius reperias, multos sæculares converti ad bonum, quàm unum

Pauci-
tas pro-

ficien-
tium
deplo-
ratur.

*unum quempiam de religiosis trans-
ire ad melius. Rara avis in terris
est, qui de gradu, quem fortè in re-
ligione semel attigerit, vel parum
ascendat.*



16. Maij. 17. Cal. Junij.

Obijt
anno
1197.

Leta
visione
recrea-
tur.

B. EUSTACHI, Abbas monasterij
Hemmenrodensis: qui, ut paratam
laboribus tuis in cœlo mercedem in
hac vita prægustares, eandem lætissi-
ma visione tibi Mater totius consola-
tionis ostendit. Ex more constitutio-
num Ordinis filios Heisterbacentes vi-
sitaveras: cum quibus dum in solenni
psalmodia hymnum, *Te Deum lauda-
mus*, decantares; visa est illa de cœlo
delabi, & pendentem aureâ catenâ co-
ronam manibus in medium chori de-
mittere. Nobile hoc sertum pro gem-
mis gestabat inserta præsentium no-
mina, fulgore suo totum Oratorium
illustrantia. Silentium, finito cantico
factum, hæc vox ab illa descendens in-
terpolavit: *Sicut ego hodie sum in gloria
mea, ita isti omnes mecum erunt in æter-
num. Tu ora, ut meo in clementissimam
Matrem qualicumque devotionis affectu
impetrem*

impetrem, si non promissione revelatâ, saltem confidentiâ humili plenam, de consequenda salute mortem.

B. ADAME, ex Abbate Caroli-lo-Floruit
ci ad Episcopatum Sylvanectensem e-anno
veſte: qui præter insignem ſanctimo- I 21 I.
niam mira etiam eruditione pollebas:
quod teſtatur ingens Homiliarum vo-
lumen, totius anni circulum comple-
ctens. Nec impar doctrinæ fuit elo-
quentia, zelo Apoſtolico armata; illi-
que reſpondens fructus, quem mune-
riſ tui conſcius Paſtor, de grege com-
miſſo retuliſti. Incitabat nempe ani-
mum tuum ad arduos labores, viva &
quietis ignara Fides; qualem in anima-
rum maximè paſtoribus exigit Doct̄or
gentium, fidei vitam ex operum mo-
tu quodam dignoſcens. *Impetra mihi à*
Deo hanc vitam: quâ manus vivas oſten
dam in orationis devotione; pedes in obedi-
entiæ velocitate; oculos, in meditationis
ardore: omnes denique corporis & animæ
vires, in elevatione continua mentis à ter-
renis ad cœleſtia.

Viva
Fides.

S. BERNARDUS, ser. 2. in Paſch.

Sicut corporis hujus vitam ex motu
dignoſcimus; ita & fidei vitam ex
operibus bonis. Itaq; vita quidem
corporis

Signa
vivæ
Fidei.

corporis est anima, per quam movetur, & sentit: vita verò fidei charitas est, quia per illam operatur.



17. Maij. 16. Cal. Junij.

Floruit **B.** LAURENTI: qui à sancto Ab-
anno bate BERNARDO cum socijs in
 1147. Brabantiam missus, celeberrimi mo-
 nasterij Villariensis, duralicèt, sed eò
 nempe diutiùs duratura fundamenta
 jecisti. Ad exemplar Matris Cistercij,
 & Clarævallis, multo tempore con-
Rigor structa ex arbore rudi tuguria, cœno-
vite bium, herbæ cum aqua mensam, pau-
maxi- pertas promptuarium vestimentorum
mus. præbuere. Quæ tamen omnia læto a-
 nimo tuus in DEUM ardentissimus
 amor amplectebatur. Quin imò cùm
 hanc penuriam fidelium liberalitas a-
 bunde jam sublevasset; ne austerum
 hunc vitæ tenorem deserere cogereris,
 dimisso regimine, solitarius, absque
 omni rerum temporalium usu, partem
 vitæ reliquam transegisti. Tandem mi-
 raculis, & sanctitate celebris, ad eum,
 quem solum quærebas, vitæ auctorem
 feliciter migrasti. *Quàm longè alia foret
 mea vivendi ratio, si non nimis oscitanter,
 ut hæc-*

ut hætenus, sed tecum seriò perpenderem, quam arcta sit, etiam innocentibus, ad cælum via!

B. GISILBERTE, Abbas Hem-
 menrodensis, virtutibus tanto munere
 dignis ornatissime: sed præcipua inter
 has enitebat animi mansuetudo, quâ
 erga delinquentes utebaris. Cùm e-
 nim in aliquo fratre animum correpti-
 oni minùs idoneum cernereres, pœnam
 delicto debitam tam diu differre con-
 suevisti, donec illi à DEO humilita-
 tem, & culpæ agnitionem impetrave-
 ris. Quæ tua regendi suavitas ad eum
 obedientiæ amorem tuos filios per-
 duxit, ut etiam pro arbitrio tuo more-
 rentur, vel jussi ad vitam denuo redi-
 rent. Cujus luculentus testis est Men-
 gosus Conversus. Decumbebat is ex
 letali vulnere, quod incauto ictu ferri
 ligna findens sibi inflixerat: jamque
 ad ultima per exteriæ Unctionis Sa-
 cramentum se præparaverat; cùm te
 ab illo necessitas accelerandi itineris
 ad Comitata generalia avocavit. Ne ve-
 rò illius agoni deesses, confidenter ei
 præcepisti, ut ante reditum tuum non
 moreretur. Qui cùm omnem, quan-
 tum in se esset, obedientiam promisis-
 set: eâ tamen horâ exspiravit, quâ tu
 ex via redux jam exteriorem cœnobij
 portam

Floruit

anno

1184.

Beni-
gnusin de-
linquē-

tes.

Cōvera-

sum

mori

prohi-

bet.

portam intraveras: satis promisso factum ratus, si te, ut convenerat, de via reverso, decederet. At audito campanæ mortualis signo, cognitóque, pro Mengoso pulsari; indignanti similis ad eundem accurristi. Cui cùm ter iterata jussione mandavisses, ut fidem datam exsolveret; quasi de somno erectus, lætissima narratione exposuit, quàm ineffabili gaudio per modicum illud temporis spatium fuerit inundatus. Plura deinde ad confirmandam rei veritatem adjunxit: sed nihil magis urgebat, quàm ad illas delicias repetendas missionem; quam illi jam non invitus indulxisti. *Quis non miretur, & promptissimo animo amplectatur Obedientiam, quæ vitæ mortisque arbitra, januas cæli claudit & aperit? Utinam & mihi non per aliam januam exire contingat de hoc mortalitatis ergastulo!*

S. BERNARDUS, *Exhort. ad Mil. Temp.*

DEO
nihil
placet
extra
obedi-
entiam

Nec studium bonæ actionis, nec otium sanctæ contemplationis, nec lacrymæ pœnitentis, extra Bethaniam (quæ dicitur domus Obedientiæ) accepta esse poterunt illi, qui tanti habuit obedientiam, ut vitam, quàm ipsam, perdere maluerit.

18. Ma-



18. Maij. 15. Cal. Junij.

BASCHELINA, Polengerij Prioris- *Vixit*
 sa: cuius futuram sanctitatem ma- *circa*
 ter ex cœlesti revelatione prævidit. *annum*
 Patre quinquennis orbata, statimque *1195.*
 à matre de sæculo educta, institutore
 potita es Angelo tutelari, qui infanti- *Angelo*
 am tuam tum verbis, tum alijs signis, *utitur*
 tam sollicitè moderabatur; ut ob inso- *instru-*
 litam illi ætati morum maturitatem, *tiore:*
 esses intuentibus pro miraculo. Idem
 te sub peregrini persona monuit, ut à *Et eodẽ*
 quodam perverso homine tibi caveres, *monito-*
 qui venusti oris tui pulchritudine de- *re insi-*
 mentatus, larvâ pietatis insidias, virgi- *dias e-*
 nali thesauro structas tegebat. Ne ve- *vadit.*
 rò innoxia causa alijs cederet in occa-
 sionem ruinæ, tibi soli hæctenus igno-
 tam frontis picturam cinere, inediâ, &
 macerationum coloribus adeò immu-
 tâsti; ut una ibidem pietas sedem fixis- *Oratio*
 se videretur. Sacro Ordinis Velo or- *assidua*
 nata, vix ullo momento ab orationis
 dulcedine poteras amoveri, dicere so-
 lita: hominem, qui DEI sibi ubiq; præ-
 sentis memoriam non ubique itidem
 retineat, vix tibi hominem, Ratione
 præditum, videri. Quam in precando
 devotionem accendebant suo lumine *Angeli*
 cœlestes

*oranti
lumen
præfe-
runt.*

*S. Ber-
nardus
ei appa-
ret.*

*Mira-
cula.*

*Angeli
Custo-
dis au-
xilium.*

Obijs

coelestes spiritus, quod tibi in vigilijs nocturnis statas ex libro lectiones decantanti, præferre conspiciebentur. Ijs addebat fervoris spiritum columba, quæ te ad oratorium, & inde ad cellulam deducebat. Eruperat aliquando periculosum incendium, quod, te cum effigie Crucifixi Servatoris accurrente, subito sopitum est. Erat inter sanguine tibi conjunctos proximus mellifluus BERNARDUS: is cum te per vitæ decursum piè amâset, ad superos migraturus, te per spiritum invisere, & glorioso triumpho sui spectaculo exhilarare dignatus est. Plura tibi ejusmodi ostenta coelestia sunt exhibita: ex quorum notitia multorum occultissima conscientiarum ulcera sanasti. Vestes tuæ, ac præcipuè velum, morbos, ac dæmonem ab afflictis pellebant: juvabant etiam illos efficacissimè, qui inter ignita spiritûs immundi jacula periclitabantur. His meritis annisque plena, toto anno prædictâ mortis horâ, ad coelestem felicitatem evolâsti.

Angelis jam choris sociata, mitte ad me monitorem illum tuum; qui me vel in oratione languidum, vel fluctuantem in tentationibus, suâ præsentia excitet ad devotionem, & ab hostibus defendat.

B. MARGARITHA, floscule verè inno-

rè innocens virgineæ puritatis: quem *anno*
 ne quid vel minimæ labis contraheret, *1218.*
 in ipso propemodum ortu mors de-
 messuit, undecimo ætatis anno; dum
 in horto tyrocinijs sub sancta magistra,
 Ida de Nivellis, adolesceres. Hæc in-
 nocentiæ tuæ conscia, tibi decessuræ
 hoc ultimum mandatum imposuit; ut
 quem gloriæ gradum in altera vita re-
 ceperis, sibi quantocyùs, si DEUS id
 permiserit, ostendas. Cui præcepto
 obtemperans, illam non solùm de fe-
 licitate tua, sed multis etiam alijs ar-
 canis, rerùmque futurarum eventibus,
 reddidisti certiozem. *Hausisti occulta*
hæc sapientiæ divinæ oracula ex Deo, tan-
quam libro vitæ. Scripsit & mihi librum
vitæ Sapientia Dei Incarnata, in quo imi-
tandas mihi virtutes suas aureis chara-
cteribus exaravit. Tu me doce illi libro,
per studium non tam lectionis, quàm acti-
onis diligenter incumbere.


Vita
Christi
liber
vitæ est.

S. BERNARDUS, ser. 13. in Cant.

Origo fontium & fluminum omni-
 um mare est: virtutum & scientia-
 rum Dominus Jesus Christus. Con-
 tinentia carnis, cordis industria, vo-
 luntatis rectitudo, ex illo fonte ma-
 nant. Non solùm autem, sed & si quis
 callet

Origo
scienti-
arum
Chri-
stus.

callet ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, inde est. Inde scientia, inde sapientiæ sermo.



19. Maij, 14. Cal. Junij.

*Obiit
anno
1197.*

*Illustri
fama
floret.*

B. PETRE, cognomento Cantor, ex officio, quo inter Canonicos Parisienses fungebaris. Cujus tam excelsa fuit eruditio; ut tanquam Luminare maximum totius doctrinæ, omniumq; scientiarum principem fama communis laudaverit. Tam exactus ad legum normam Justitiæ amor; ut vulgò dicereris, neque ab astutia falli, neque à cupiditate posse corrumpi. Tanta denique prudentia; ut Summi Pontifices, maximè Cœlestinus, alium non habuerint in tota Gallia, cui ardua negotia cõlegarent expedienda. Hinc non immeritò Jacobus Cardinalis de Vitriaco te appellat, tubam cœlestem, altissimam cypressum; qui velut lucerna ardens & lucens, ac civitas supra montem posita, & candelabrum in domo Domini, tuum sæculum illustraveris. Magna sunt hæc de te præconia: quæ tamen longè supergressa est animi demissio; hæc, cum actionum
tuarum

tuarum esset perpetua moderatrix, enituit clarissimè, quando te ad Episcopatum Tornacensem vota civium, testimonio-^{Honorè}rum populorum, honoratorum arbitrium, electio Cleri, & Regis beneplacitum vocabat. Tantæ auctori-^{fugit.}tatis pondus cùm aliter non valeres, fugâ declinavisti, monachum Cisterciensem in Longo Ponte induens. Ac ne forsan aliquando fortissima accederet ad te promovendum Obedientiæ machina, nec fugam utique, nec tergiversationem admissua, in ipso probationis anno sanctissima morte etiam illud periculum prævenisti. *Parthorum mos est, fugiendo vincere. Quàm Vincē multas ego de hoste antiquo numerarem dum fu- victorias, si peccandi occasiones fugiendo giendo. pugnans declināsem!*

Sancti Martyres, PATRICI, & ^{Passi} MALACHIA: qui ab hæreticis Hy-^{anno}bernis in crucem acti, alter semivivus ^{1285.} in quatuor partes dissectus, alter lanceâ transfossus, gloriosè agonem vestrum consummāstis. *Deum pro me orate, ut me aliquando in terrifico agone sudantem, misericorditer eripiat de manibus inimicorum meorum.*

B. JOACHIM, Abbas Curatij, & Obijt Florensis in Italia Congregationis In-^{anno}stitutor. Mirabilem vitam tuam mira ^{1211.}

R

in ortu

Ingenio felix. in ortu signa, & oracula cœlestia præ-
 iverunt: quæ mox in pueritia cœpe-
 runt elucescere; dum artes literarum
 humaniorum supra fidem celeriter es
Aulam deserit. complexus. E scholis ad aulam pro-
 motus, depravatos hominum mores
 cùm nec probare, nec emendare in a-
 lijs posses, Palæstinam petijsti: ubi pri-
 mùm Terræ sacræ, deinde cœli specta-
 tor, terrenarum rerum fastidio, & so-
 litudinis vehementi desiderio inarsisti.
Solitarius vivit. In quam te statim conferens, non ul-
 trà prodijsses in publicum; nisi nimio
 rigore fractus, & proximo vitæ peri-
 culo per opem divinam ereptus, ad al-
 tiora studia te vocari intellexisses. Re-
 versum in Siciliam Sambucina susce-
 pit: in qua tamen haud diu moratus,
Concionatur publicè instruendæ in doctrina Christiana ple-
 bi, ac animarum promovendæ salutis,
 non minore fructu, quàm fervore, te
 impendisti. Verùm illud vitæ genus
 salutis propriæ minùs proficuum ratus,
Fit monachus Curatij monachis Cisterciensibus te
 associâsti. Cujus monasterij Priorem
 cùm aliquot annis laudabiliter egisses,
 communi calculo electus Abbas, non
Et mox Abbas. nisi Episcopi & vicinorum Abbatum
 precibus coactus, consensisti. Summis
 infimisque grata erat tua gubernatio;
 uni tibi displicebat rerum externarum
 cura

cura, ad sacrum otium aspiranti; in quo rimandis divinæ Scripturæ arcanis vacare extra turbas liceret. Dignitate ergo relictâ, in Casæmario commentaria in Apocalypsin Divi Joannis exorsus, eorum primam partem Lucio III. nuncupavisti. Adeo acceptum fuit Pontifici scriptum; ut datis ad te literis, cœptum laborem continuare præceperit. Idem mandatum à successoribus Urbano & Clemente accepisti. Quietem verò semper majorem indagans, ad Petram Altam secessisti uno tantum comite, qui verba dictantis exciperet. Plura ibidem opera elucubrâsti: quorum profundissimam doctrinam magnum illud Carmeli decus, Divus Cyrillus, tibi familiarissimus, summopere venerabatur. Accessit eruditioni donum Prophetiæ: unde passim Prophetæ nomen tibi fama imposuit. Inter prima vaticinia fuit clades Siciliæ, & expeditionis Jerosolymitanæ exitus infelix: utrumq; infortunium nimis celeri veritate secutum, deplorante Europa. Latius oraculum edidisti de Divis Francisco ac Dominico; eorum patriam, & habitum Ordinis, cujus Patriarchæ futuri essent, quadraginta annis antè, quàm orbi innotuerint, præostendens. Inter hæc plurimis

Pedum relinquit, ac stylum apprehendit.

Multa scribit:

Et prædicit.

Ordinē Florensem instituit. rimis sub tua disciplina degere ambientibus, novam Congregationem erexisti, Cistercij quidem ritus observaturam, sed ad instar separatæ reipublicæ, sub immediata Sedis Apostolicæ tutela gubernandam. Huic leges sanè rigidas exemplo magis, quàm imperio dixisti: alternis tantùm diebus cibum, in Quadragesimali jejunio nil præter panem & aquam sumens. Prima sedes fuit monasterium Florense; ex quo reliqua inde nata, Instituti nomen, & normam traxerunt. Excoluerunt deinceps Florem istum varij Pontificum & Regum favores; sed altiùs provexerunt alumni tui, qui eruditione & sanctitate clarissimi, ad publicos honores promoveri merebantur. In his tamen laboribus tuis non defuit, quo te hominem agnosceres: liber nempe de SS. Trinitatis mysterio, quem inconsulto impetu contra Magistrum Sententiarum vulgaveras. Ipse tamen verborum tuorum spontaneus iudex, publico retractationis Instrumento damnavisti, quidquid in scriptis tuis iudicio S. Matris Ecclesiæ non probaretur. Hinc etiam factum est, ut cùm in Concilio Lateranensi dogma illud Patrum suffragijs rejiceretur, ea sententia in librum, non in personam ferri, fuerit declarata.

Austriacas illius in vi-
Etia.

Retra-
Etat er-
rores
in suis
scriptis
reper-
tos.

declaratum. Senio tandem confectus, placido fine inter filiorum manus quievisti: nec sinè vaticinijs sub ipsam horam mortis ad posteriorum instructionem pronuntiatis. Quæ præter vitam pijsimè transactam jure merito opinionem sanctitatis tibi pepererunt. Sed, ut Virtus nunquam æmulis caret, in lucem emerfit quorundam inofficiosa censura, famam tuam lacerare ausa. Ego autem, quemadmodum judicium cœli, sanctimoniam tuam post fata per multa miracula contestantis, piè amplector: Ita te rogo, ut ex illo vaticinarum scientiarum thesauro me doceas fixâ semper retinere memoriâ Dei præsentiam, mihi ubique inimè uniuam. Hæc doctrina me accendat ad ejus amorem. &c.

*Sanctè
mori-
tur.*

*Mira-
culis
post obi-
tū cla-
rus.*

*Præsen-
tia Dei.*

S. BERNARDUS, ser. 6. in dedicat.

Verè Dominus est in loco isto. [Gen. 28.] Ubi enim pluit super justos & injustos, Pater est, Pater misericordiarum, expectans homines ad pœnitentiam. Ubi damnat obstinatos, Judex est, & horrendum, incidere in manus Dei viventis. Ubi cubat, Sponsus est: & beata anima, quam introduxerit in cubiculum suum.

*DEUS
tripli-
citer
præsens
est.*



20. Maij. 13. Cal. Junij.

Obijt
circa
annum
1218.

Usus
cymba-
li in
Sacro
primus
inducit

B GUIDO, Generalium Ordinis in serie successionis XV. hujus nominis I. Ad quam dignitatem te evexit diu perspecta in negotijs gravissimis dexteritas. Sed eadem te, ut Cistercio dedit, ita statim eripuit; dum à Clemente III. Diaconus & Presbyter, inde ab Innocentio Episcopus Cardinalis Prænestinus renunciatus, labores felicissimos pro totius Reipublicæ Christianæ commodo impendere iussus es. Suscepit, ac suscepit te Gallia & Germania Legatum Apostolicum. Volens lubénq; Constitutiones tuas amplexus est uterque Status, Ecclesiasticus atque civilis. Inter alias laudabiles consuetudines à te inductas, illius memoria indelebilis perseverat, cujus initium Coloniae fecisti: ut nimirum, quando in Missæ Sacrificio elevaretur, vel per urbis compita ad ægros deportaretur Sacrosanctum Christi Domini Corpus, campanulæ portatilis signo, populus ad illius venerationem excitaretur. Quam devotionem mox prodigia stabilierunt. Nobilis enim quidam hujus pietatis fervore stimulatus, in
lutulen-

lutulenta platea procumbens, pretio-
 sas vestes, nullâ profus maculâ læsas,
 è sordibus sustulit. *Excita etiam me ad Vene-*
dignam devotionem erga sacratissimum ratio
Mysterium: ut tam externo corporis cultu, SS. Ev-
quàm humillima animi veneratione, ad chari-
rem illam majestatem, coram qua Angeli- stia.
cæ Potestates contremiscunt.

B. VIVIANE: qui à S. Patre BER- *Prome-*
 NARDO ad gubernandum monaste *tus año*
 rium Altæ Cumbæ missus, vivere in 1135.
 Viviano sanctissimum Magistrum, Sa-
 baudis tuis ostendisti. Cùmque ob ne-
 gotia Romam peteres; is sacræ Curiaë
 te, tanquam ob religiositatem tuam sibi
 amicum familiarissimum, suaviter com-
 mendavit. *Commendo & ego quotidie*
necessitates meas Pijssimo Parenti: sed citi- Patro-
ùs exaudiar, si tua commendatio adjun- cinium
gatur. Sic enim obienturum me spero, ut S. Ber-
potentiissimo ipsius patrociniò, quod olim in nardi.
terris multa afflictiorum millia experta
sunt, ego quoque de cælis ad animæ corpo-
risque salutem gaudere merear.

S. BERNARDUS, ser. 62. in Cant.

Sunt cæli sancti, vivi, rationales, qui Invoca-
enarrant gloriam Dei: qui favora- tio san-
bili quadam pietate nostris se votis ctorū.
libenter inclinant, & sinuatis ad ta-

R 4

cūm

*Etum nostra devotionis affectibus, in
sua nos recipiunt viscera, quoties di-
gna eos intentione pulsamus.*



21. Maij, 2. Cal. Junij.

*Floruit
anno
1172.*

*Obser-
vantia
verè
stricta.*

B. JOANNES, Dulcis memoriæ Pri-
or Clarævallis; Paternarum tradi-
tionum tam diligens æmulator; ut ve-
rè non alio, quàm sanctorum Funda-
torum primævo spiritu, vivere crede-
reris. Paupertatis amorem, ut omnia
alia, ita maximè vestimenta prodebāt;
quibus non nisi centonis in modum
pannos uti gaudebas. A divinarum
laudum decantatione nulla te separa-
bat infirmitas: quæ licèt te frequenter
incederent; nunquam tamen perluase-
runt, ut curandæ sanitatis causâ pe-
dem Infirmitorio inferres. Ad manu-
um laborem dux eras ex munere, & o-
mnium exemplar ac stimulus indefes-
so fervore. Tandem fatali morbo, &
obedientia cogente ad Infirmitorium
deportatus, assueti nihilominus rigo-
ris tenax, ne minimum corpori leva-
mentum in melioribus cibis, aut mol-
liori strato indulgisti: hanc unam seve-
ritatis tuæ rationem assignans: non
commissu-

commiffurum te, ut malignus hostis coram DEO Judice ullius remiffionis te poffit coarguere: infigni puriffimæ confcientiæ argumento, hunc unicum nævum metuentis, quem alij vel inter virtutes numeraviffent. *Si anima ver-* Confcientiæ
teneri-
tas.
mibus in efcam cederet, & caro mori nesciret, æqua videri poffet diligentia fovendi corporis, & negligentiæ animæ. Sed aliter fentiendum & agendum effe, præter experientiam manifeftam, tuum utique exemplum mihi perfuadebit. Curâda
falus
animæ.

B. JACOBUS de Rupe: qui fecundùm Fulienfium constitutiones afperam vivendi methodum feftatus, duplicem de mundi vanitate triumphum duxifti: dum generis splendorem juvenis, & postmodum oblatos Infularum honores contempfifti. Cordi erat intereà unus fupremi Numinis honor; à quo per Verbi divini prædicationem promovendo folum denique mortis imperium avocavit. *Doce me hæc vana & transitoria verè defpicere, faciliùs & utiliùs profectò illa abjecturum, quàm relicturum, quando è manu vel in vii rapiuntur.* Vixit
circa
annum
1611.
Contē-
ptus
mundi.

S. BERNARDUS, fer. 61. in Cant. *Anceps est, & caducum terrenum omne. Conversatio noftra in cœlis fit:* Vanitas
rerum
terre-
narum.

& nec cadere, nec dejici formidabimus. In cœlis petra, in illa firmitas atq; securitas est.



22. Maij. II. Cal. Junij.

Circa
annum
1201.

Vocati-
onis di-
vine
modi
variij.

B. HELSUINDIS, nobilis Patricij Aquensis filia: quæ invitis parentibus suscipiendi Ordinis Cisterciensis avida, adhuc parvula per culinæ fenestram in monasterium S. Salvatoris irrepsisti: nec alia conditione revocantem matrem ad domum paternam secuta es, quàm accepto promisso non denegandi post mensem reditûs. Sed cùm ficta identidem procrastinatione deludi te cerneret; clam aufugiens, eadem, ut priùs, januâ aditum invenisti. Quamvis autem parentes te per vim denuo reduxerint, importunis tamen precibus desideratum eorundem consensum impetravisti; gratulantium sibi cum temporis decursu, cùm nempe, translato ad Porcetum cœnobio, in celebri sanctimonix laude florentem loci illius Abbatissam aspexerunt. *Hic Divinae providentiæ mos est, suis adesse, eum ab auxilijs humanis deseruntur. Tu ora, ut licet malignus ob peccata mea mihi persuada-*

persuadere conetur; projectum me esse à facie Dei: firmâ tamen in ejus misericordiam fiduciâ roboratus, non desistam per bona opera certam facere vocationem meam.

In Deū fiducia.

S. BERNARDUS, ser. 56. in Cant.

Prope est Dominus sanctis & electis suis, etiam cum longè esse videtur: at non equaliter omnibus; sed alijs plus, alijs minùs, pro meritorum diversitate.

DEUS
semper
prope
est.



23. Maij. 10. Cal. Junij.

B. GUILIELME, Monache & Sacerdos in Claravalle: cujus innocentiam plurimis DEUS favoribus donavit, præsertim in revelandis consiliorum suorum secretis. Inter quæ illud singulare: dum aliquando ad divinum Tribunal raptus, vidisti, ab irato Judice mundi in maligno positi scelera per universalem pœnam vindictum iri: Matrem tamen Misericordiæ audisti his verbis sese ferali sententiæ interponentem: *Parce, dilecte Fili mi, parce, etsi non propter illos, saltem propter amicos meos, personas ORDINIS CISTERCIENSIS.* Quæ Clementia

Floruit
anno
1222.

Marie
favor
erga Ci-
sterci-
enses.

R6

Reginæ

Reginæ Angelorum ad eò tuum, aliorumque corda in ejus venerationem inflammavit, ut reliqua tua deinceps vita nihil aliud fuerit, quàm vox laudis, & gratiarum actionis, pro sua in genus humanum misericordia. *Concipiat o utinam & ipsa preces pro me ad Filium suum, Judicem aliquando meum; dicatque! Parce, dilecte fili, huic misero peccatori, si non propter ipsum, saltem propter amicos meos Cistercienses, qui me vel in cælis jam beati honorant, vel in terris mihi devotè famulantur.*

Maria
Advoca-
cata.

Obijt
Circa
annum
1131.

B. TESSELINE, magni Filij BERNARDI dignissime genitor. Tibi debet terrarum Orbis hunc Religiosæ vitæ Alexandrum, si te, ut strenuum militem laudare voluero: si pietatem tuam, atque insignem justitiam; rursus BERNARDUM velut Justitiæ solem quendam, mundi totius Dictatorem, omnium controversiarum arbitrum suspicient Regum Fasces, ac Pontificum Tiaræ. Quòd si quis fortasse quærat, quot proles ex te prodierint: huic pro responsione dicendum erit, quod olim Abrahamo fideli DEUS: *Numerava, inquit, stellas cæli: filiorum enim, quos cælo BERNARDUS genuit, copiam, nulla, nisi Divina arithmetica assequetur. Quin ut eundem quoq;*
numerum

numerum tu augeres, factus ex patre filius, seniles humeros jugo Religionis in Claravalle submisisti: meliorem à filio vitam, quàm illi dederas, accepturus, quippe ab illo per Vota solennia in vitam immortalem regenerandus. *Ingens privilegium, & quod soli religiosæ pietati conceditur; ut ad primam innocentiã iterato sacræ Professionis Baptismo redire liceat. Sed huic beneficio alterum superaddi à te postulo: gratiam scilicet Divinam, quã tantum thesaurum incorruptum conservem.*

Professio Religionis est alter Baptismus.

S. BERNARDUS, ser. II. de divers.

In Baptismate, quando nihil nobis adhuc voluntas nostra nocuerat, satis fuerat, abrenunciare diabolo.... Cæterum postquam mundi fallentis illecebras, & infidelitatem propria voluntatis manifestè sumus experti, de cætero jam secundo (ut ita dicam) conversionis nostræ Baptismate, merito prorsus, & non ad insipientiam nobis, non resarcire tantummodo fœdus primum, sed etiam roborare solliciti, ipsis quoq; affectibus pariter abrenunciemus.

In secundo Baptismo etiam affectibus abrenunciandū.



24. Maij. 9. Cal. Junij.

Floruit
anno
1299.

B. GUILIELME: qui ex alto nobilitatis profapia gradu ad infimum humilitatis centrum in Villario descendisti. Ex quo rursus per virtutum gradus te ad cacumen perfectionis elevasti: scalam nempe concinnabas, qua te caelo inferres. Et ne ab hac scandendi vicissitudine etiam post mortem cessares; ex humili sepulchro corpus, ob innumera ibidem patrata miracula, in altiore locum, pro populi veneratione, translatum est. *Fac, ut te nunc sequar in descensu ad infimam humilitatis vallem; quo fiet, ut te assequar in ascensu montis vitae aeternae.*

Floruit
anno
1151.

B. GODUINE, celebris in saeculo Medicinae scientia. Sed meliori hominis portioni medicamenta vitae immortalis quaesiturus, te disciplinae magni Doctoris Thaumaturgi BERNARDI submisisti; tam docili quidem ingenio: ut vitae austeritate, aliisque virtutum speciebus, animae non sospitatem solum, sed & sanctimoniam consecutus fueris. Urgente dein charitate, artem pristinam resumens, pauperum morbidorum in monasterij hospitio eam curam egisti; quae Galenum Religiosum

giosum, potiones medicas aureâ charitatis Tincturâ conspergentem, decebat. *Ad mortem usque infirmæ animæ meæ, quæso, talia suggere, & adhibere remedia, quæ scis mihi ad æternam salutem profutura.*

S. BERNARDUS, ser. 61. in Cant.

Quid tam ad mortem, quod non Christi morte salvetur? Si ergo in mentem venerit tam potens, tamq̃, efficax medicamentum; nulla jam possum morborum malignitate terreri.

Christi
mors
medici-
na vitæ.



25. Maij. 8. Cal. Junij.

B. GILBERTE de Hoylandia, Abbas Suinshetensis in Anglia: qui anno teneram ætatem liberalibus studijs eâ 1166. solertiâ excoluisti; ut non tam literis, quàm bonis moribus operam dedisse visus fueris. Quos ut non meliores solum, sed & optimos redderes, præstantissimo pædagogo BERNARDO formandos in Claravalle tradidisti. Is postquam te pro more suo sibi similem effecerat, in patriam remissum, cœnobio Suinshetensi præposuit: non ignarus, illud eruditione & sanctimonia
tua

*Lumen
homi-
nis in-
terioris*

tua insigniter illustrandum fore. Re-
rum supernarum meditationem velut
vix unquam deserebas; ita sinè mole-
stia ulla evagationum mentis in mul-
tam plerunque noctem protrahebas.

*liberū
à passi-
onum
motu:*

Tranquillitas mentis interior sereno
semper pacis lumine gaudebat: vitio-
sos enim corruptæ naturæ motus ita
extinxeras; ut (quæ in hac vita morta-
li paucissimorum felicitas est) nullos
omnino sentires. Hanc animi tui ide-
am exterior agendi modus ob oculos

*Et re-
splen-
dens in
homine
exterior-
re.*

ponebat. Eras quippe naturâ mitis, in
omni congressu affabilis, ingenio sub-
tilis, eloquio clarus & facilis, sermone
simul & actione suavis & humilis: un-
de vivis ereptus BERNARDUS in
te, velut in quodam Eliseo alter Elias,
vivere dicebatur. Quod vel maximè

*Scripta
melli-
flua.*

loquuntur elegantissimi Sermones in
Cantica Salomonis; quos post melli-
fluum Doctorem continuare jussus,
tam nobili stylo usus es, ut idem in te
omnes doleant eruditi, quod in BER-
NARDO; utrumque nempe in pretio-
sissimo labore, nondum absoluto, pijs
Sponsæ divinæ amplexibus immortu-
um fuisse. *Doce me Et Bernardi Et tua
melle dulciora scripta sic legere, ut apum
imitatus indolem, nullum florem sinè lu-
cro bonæ cogitationis prætervolem.*

S. Ber-

S. BERNARDUS, ser. 57. in Cant.

Nullius omnino sermo, qui ædificat ad pietatem, ad virtutem, ad mores optimos, negligenter est audiendus, quoniam & illic iter, quo ostenditur salutare Dei.

Omnis sermo pius est utilis.



26. Maij. 7. Cal. Jun.

BENRICE, Ludovici VII. Gal-
liarum Regis frater germane: qui
cùm sanctissimum Abbatem BER-
NARDUM super quibusdam nego-
tjis aliquando consuluisse, & ex Cla-
rayalle recessurus te Congregationis
illius sanctæ precibus commendares;
vaticidico spiritu verba tua excipiens
admirabilis ille Theodidactus: *In brevi,*
subiunxit, *experimento proprio probabis,*
quantum tibi istorum profit oratio. Nec
diu dilata est vaticinij veritas. Repen-
te enim amore divino, ac rerum terre-
narum fastidio incalescens, eâdem die
sacri Ordinis habitum humillimè peti-
jsti: obtentum, non vulgaribus, sed sa-
nè regijs virtutibus exornâsti. Adeò
ut cùm aliquot pòst annis ad Insulas
Belloyacenses vocareris; renitentem
tuam

Oratio-
nis vis.

Elogia regnū terrenū deserētis. tuam ac BERNARDI humilitatem magnus ille Petrus Cluniacensis, inter alia elogia tua, his verbis ad consensum inducere conabatur. [Si vitæ meritum quæritur, magnum est. Quomodo enim non magnum est, cum de tanto tantillum se fecerit? Cùm regij sanguinis, ut sic loquar, superbiam tam robusto humilitatis pede calcaverit? Cùm luxus, & pleno cornu fluentes mundi delicias, tormentis innumeris, & mille mortibus commutaverit? cùm undique arridentem mundum iriserit? cùm abnegans semetipsum, & tollens crucem suam, Christum morientem secutus fuerit?] In illa autem dignitate docendo, & magnarum virtutum exemplis præluendo, insignem coram DEO, & hominibus gloriam adeptus es. Eras enim vir miræ continentiæ, & voluntariæ paupertatis studiosissimus: in pauperes munificus; in hospitibus colligendis humanus, ac liberalis. Nulla tibi familiaritas magis cordi fuit, quàm cum viris sanctitate, & doctrinâ claris.. Tandem ad thronum Archiepiscopalem Ecclesiæ Rhemensis evectus, propiùs nempe cælo admotus es; quod octennio post sanctis operibus ornatissimus conscendisti. *Tu quidem, cùm monasticam cucullam indue-*

indueres, spretâ regis fratris indignatione, soli Christo regi placere studuisti. Fac ut & ego plusquam regiam Dei majestatem ita timeam offendere, ut potiùs vitæ, ac totius mundi jacturam facere paratus sim, quàm in ullum peccatum consentire.

Fuga
peccati.

S. BERNARDUS, ser. 16. in Cant.

Si reum regia majestatis, quamvis humanæ, humanis legibus plecti capite sancitum est: quis finis contemnentium Divinam Omnipotentiam erit?

Peccatum est
crimen
lese majestatis
Divine.



27. Maij. 6. Cal. Junij.

B. RODOLPHE, Converse monasterij de Luka: cujus simplicem pietatem varijs revelationibus Divina bonitas consolari dignata est. Cæteris jucundior illa fuit, quæ tibi post vigilas nocturnas ad diurnos labores egresuro, & inter preces auroram expectanti, apparuit. Pendebat coram te in ligno Crucis suæ sublimis, ac pretiosissimo sanguine suo rubens Sol Justitiæ; ejus latera hinc inde cingebant quindecim alij, pariter suffixi crucibus, & meridiani solis instar fulgentes. Quos

Floruit
anno
1221.

Clarus
revelationibus.

omnes

Mortificatus, cum Christo Crucis affixus est. omnes cum ex facie agnosceres, esse de confratrum tuorum numero, nec tamen visionis mysterium intelligeres; ab ipso Servatore edoctus es: hos eo, quo penderent, ordine propediem ad æternam gloriam assumendos: secum meritò conregnaturos; utpote qui per iuge mortificationis studium secum modò paterentur: & postquam omnes decesserint, te denique ad eandem felicitatem istos secuturum. *Propinam & ego deinceps frequentius oculis meis hoc memoriale immensi in me amoris divini: inscribam memoriae meae illa Apostoli verba: Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini mei Jesu Christi.*

S. BERNARDUS, ser. 61. in Cant.

Vulnerum Christi memoria dulcis. *Fremet mundus, premit corpus, diabolus insidiatur: non cado: fundatus enim sum supra firmam petram. Peccavi peccatum grande; turbatur conscientia, sed non perturbabitur; quoniam Vulnerum Domini recordabor: Nempe vulneratus est propter iniquitates nostras.*

28. Maij.



28. Maij. 5. Cal. Jun.

B GUILIELME, Converse Heister- Circa
 •bacensis: qui præter alia dona cœ- *annum*
 lestia, perennem lacrymarum fontem *1215.*
 orationibus tuis devotissimis à DEO
 obtinuisti. Solebas autem ter quotidie
 largiores fletus effundere: dum nempe
 considerabas peccati gravitatem, quæ, *Tres la-*
 licèt injuriam summam Divinæ maje- *cryma-*
 stati irroget, ab infanis mortalibus tam *rum*
 rarò perpenditur: inde amaritudinem *causæ.*
 Dominicę Passionis; quam ad eliquan-
 dum in lacrymas totum mundum, cre-
 debas sufficere, cùm intereà ingratum
 genus humanum vix aridis oculis tam
 immensum miserationis divinæ bene-
 ficium intueri dignaretur: denique be-
 atorum in cœlo gaudia: ad quorum
 fruitionem cupiebas totam animam
 per pia hæc stillicidia, & ardentis
 amoris gemitus, emittere. *Totidem, si*
non plures, mihi causæ suppetunt continui
lacrymarum imbris. Sufficient mihi tres
itidem fontes, qui utinam nunquam ina-
rescant! Delicta nimirum juventutis meæ,
quæ Compunctionis: Vulnera Christi, quæ
Compassionis: vita futura, quæ lacrymas
jam timoris, jam piij desiderij & amoris e-
licitat.
 B. HE-

Fletus
 causæ
 passim
 obvix.

Floruit circa annum 1400. B. HELENA: quæ cum ipso materno lacte pietatem, & amorem erga mellifluum BERNARDUM suxisti. Adhuc enim propè infans, à dīto illius dulci nomine, aut conspectâ effigie, tanta piorum affectuum abundantia quasi obruebaris; ut non solùm ad lætitiæ lacrymas, sed etiam extra sensus corporis, rapi consueveris. Cùm perætatem licuit, virginibus Cisterciensibus in monasterio Cellensi apud Lusitanos sociata, vitam ejus sanctissimam vigili semper memoria revolvebas. Erat illa tibi pro viridario amœnissimo, per cujus flosculos instar apīs argumentosæ, alis contemplationis volitans, pretiosa virtutum mella legebas. Arridebat tibi præcipuè Fasciculus ille myrreus, quem inter brachia gestans passim à pictoribus repræsentatur. Et quàm fortiter eundem pectori tuo adstrinxeris, demonstravit totius penè corpusculi continuum vulnus: quod, ne unquam in cicatricem coalesceret, novis identidem diverberationibus recrudescere jussisti. Ad sanctissimi autem oneris hujus amplexum, geminus te incitabat amoris stimulus; BERNARDI alter, alter amantissimi virginum Sponsi: cui gratissima esse lilia non ignorabas, quæ inter Passionis sue spinas

spinas florescerent. Utrique tandem in cœlo jungenda, pluribus sanctimoniam tuam signis in terra relictis, ex hac vita migrasti. *In utriusque dilecti tui amores accende cor meum. Ab utroque tota mentis aviditate suscipiam dulcissimum myrrhæ fasciculum: hic unus sit solatium animæ meæ, hic sit incentivum divini amoris, hic denique culcitra morientis.*

Fasci-
culus
myrrhæ
dulcis.

S. BERNARDUS, ser. 70. in Cant.

O verè amandum, & totis medullis cordis amplectendū Sponsum! Quid jam cunctetur Ecclesia totâ se devotione committere tam fido redditori, tam pio indulgitori, tam justo propugnatori?

Spōsus
animæ
cur a-
aman-
dus.



29. Maij. 4. Cal. Jun:

SS. Martyres monasterij de ZEDE-
LIZ in Bohemia: qui in ea tem-
pora incidistis, quibus Hussitarum hæ-
reticorum immanis insania Nerones,
Diocletianos (& si quæ pestilentiora
monstra in Christianos sævierunt) è
damnatis refodere cineribus, quibus
sepulta est avita Germaniæ Libertas:
num Divi

Passi
circa
annum
1421.

*Hæresis
insania
detesta-
bilis.* Divinum humanúmque laceratum Jus:
conculcata pietas: protrita Fides: &
furibunda totius Orci rabies in Euro-
pæ ruinam è suis sedibus excita. Hæc
detestabilis amentia procella, cum ali-
orum quoque Ordinum monasteria
funditus evertisset, denique & in vos
intumuit. Recepteratis in charitatis ho-
spitalis sinum Carthusianos, ex Asce-
terio suo Pragensi ejectos. Quo audito,
bacchantium carnificum turba, tam
hospites, quam vos, varijs laniena bar-
baræ torturis excruciatos, ad eam glo-
riæ palmam provexit; quam illi infer-
nalia modo ignium titiones, veluti
vobis æternùm invidébunt; ita ego hu-
mili pietate aggratulor: *Ac rogo, ut me
in hac periculosa (necessaria tamen) hujus
vitæ militia adversus hostium malitiam,
vestris intercessionibus adjuvetis.*

*Floruit
anno
1281.* B. P E T R E, Converse cœnobij Du-
nensis: qui ostensurus, mentem esse
corporis dominam; quidquid in vile
mancipium herilis potestas invenit, in
*Auste-
ritas
admi-
randa.* carnem tuam congestisti. Pascebas il-
lam toto religiosæ vitæ decursu, solo
pane arido, potu aquæ pro delicijs sub-
inde condito. Par cibo vestis erat, se-
tis spinisque aspera: contra quarum
molestias si fortè callum ex longa con-
suetudine obduxisset; verberibus fla-
gellorum


gellorum, dolores exaggerasti. Sic ad terram suam depressus homo inferior nulli impedimento fuit spiritui, quin se liberè ad superna elevaret, indeque cœli favoribus, præsertim prophetiæ illustratus reverteretur. *Mortificationi opponitur nimius amor sui, hostis capitalis virtutum: qui maximè se prodit in appetentia rerum superfluarum. Has me doce non abjicere tantùm, sed pio etiam odio ad exterminium usque persequi.*

Amor
sui.

S. BERNARDUS, serm. 58. in Cant.

Tolle superflua, & salubria surgunt: utilitati accedit, quidquid cupiditati demis. Non potest virtus cum vitijs pariter crescere: ergo ut illa vigeat, ista crescere non sinantur.

Super-
fluis a-
luntur
vitia.



30. Maij. 3. Cal. Junij.

B. NICOLAE, Villariensis monaste-
rij Abbas, honestate & gravitate Obijt
morum inter paucos conspicue: cujus anno
verba & facta latentis sub pectore bo- 1240.
nitatis erant indicium: nec dubitavere,
qui te familiariùs noverant, quin DE-
US, qui charitas est, sub eodem sibi e-
legerit habitationis peculiaris sedem.

S

Sed &

410 ANNI CISTERCIENS.

Sed & Musæ ibidem sacratiores habitavere: quarum vocem suavissimam te præcinente expressit chorus psallentium, & ad posteros transmisit repletum in demortui scrinijs poëma, quo prævisæ mortis horæ, ut olorum mos est, prælusisti. Hujus carminis initiales versiculi erunt mihi pro hodiernæ diei tessera: quos utinam in ultimo peregrinationis meæ momento, pari tecum periculi contemptu canere liceat!

*Mortē
invitat.*

*Mortis
cōtem-
ptus.*

Tu mors es, de quâ scio, quòd non parcis,

& equâ

*Cunctos mole premis, jungens extrema
supremis:*

Grata venis menti fessæ, Christû sitienti.

O mihi chara veni, solvens à compede rerum.

*Hanc animam mirè cupidam patiari
abire.*

*Floruit
anno
1222.*

*Revela-
tioni-
bus il-
lustra-
tur.*

B. JACOBÆ, monasterij S. Galgani sacerdos venerabilis: qui sub devota celebratione sacrosancti Sacrificij admirandis è cœlo visionibus fruebaris. Frequentiùs oculis tuis obversata est extensa de nube lucidâ manus, linteo, quod sacro Calici substernitur, supplicia peccatis debita inscribens; in sceleratos utique effundenda, nisi Incruenta Victima Divinæ Justitiæ indignationem placaret. Hujusmodi sanctimonix


Etimonix signis celebri, sese commenda-
 verant Fratres Prædicatores, rogantes, ut novo tunc Ordini suo felicem à
 DEO propagationem impetraret. At *Pro Or-*
 cum nescires, quisnam orandi modus *dine*
 hoc in negotio gratissimus Divinæ bo- *Prædi-*
 nitati esset; Christus Servator certas ti- *catoris*
 bi formulas dictavit inter Missæ sacri- *orat.*
 ficium recitandas: quibus, postquam
 Apostolica auctoritas accessit, & ipsi
 Prædicatores usi, plurima de cælo be-
 neficia obtinuerunt. *Felicem me! si per* *Evcha-*
te cælitus impetravero illa gratiæ dona, *ristiæ*
quibus intrâ viscera mea dignè recipiam *digna*
pretium salutis meæ sub immensæ profun- *fulce-*
tatis mysterio absconditum: si fide firma, *ptio.*
& charitate perfectâ, ceu geminis brachijs
amplectar dulcissimum animæ meæ hospi-
tem.

B. ERMENRUDIS, Abbatissa Obijt
 in Deitkirchen: cujus vita pijsima ex circa
 ipso fine potest æstimari. Morti enim *annua*
 proxima, historiam Dominicæ Passio- *1215.*
 nis coram te legi præcepisti: cumque
 ad illa verba perventum esset: *In ma-*
nus tuas commendo spiritum meum: per *Post o-*
suavissimum amoris divini suspirium *bitum*
animam emisisti: ac post beatæ Asce- *appa-*
linæ gloriosa apparens, summam *res.*
 DEI in te clementiam laudavisti, quæ
 animam tuam à corpore solutam mox
 S 2 coeliti-

Passio Christi solatiū moriē- sium
 coelitibus conjunxerit. Sub scuto Domini-
 nica Passionis mori, præoccupata de infe-
 lici morte victoria est. Sed ne aliter ego de-
 cedam, sacratissima illa Insignia mihi im-
 prime. Inexpugnabile erit, licet in angu-
 stijs trepidans cor meum, si horum armo-
 rum fulgore resplendeat.

S. BERNARDUS, ser. 61. in Cant.

Per vul- nera Christi patet misericordia DEI.
 Patet arcanum cordis per foramina
 corporis; patet magnum illud pieta-
 tis sacramentum, patent viscera mi-
 sericordiae Dei nostri, in quibus visi-
 tavit nos oriens ex alto. Quidni vi-
 scera per vulnera pateant? In quo
 enim clariùs, quàm in vulneribus tuis
 eluxisset, quòd tu, Domine, suavis &
 mitis, & multae misericordiae?



31. Maij. Pridie Cal. Junij.

Obijt
 anno
 1221.

B. STEPO, sanctimonialium in mo-
 nasterio Montis Salvatoris Sacel-
 lane: quem de alterius vitæ felicitate
 securum fecit Angelorum Regina: eam
 enim beata Margaritha vidit gestan-
 tem manu coronam, tibi in merito-
 rum proëmium destinatam. Sed reve-
 lationis

lationis fidem reliquerat ambiguam, genus mortis omnino alienum à vitæ *Dei iudicia occulta* transactæ innocentia: dum feбри maligna correptus, corruptisque amentia sensibus, animam emisisti. Verùm crebra ad tumbam miracula ostenderunt, pretiosam sæpiùs in conspectu DEI esse mortem sanctorum, licet in oculis hominum æstimetur afflictio exitus illorum. *Etiam si Christus curam præparationis ad mortem non tam seriò nobis commendasset, tuum sanè exemplum satis superque somnolentiam meam excitare potest, ne gravissimum hoc negotium ultra procrastinando negligam: sed nunc agam, quod decretorià illà horà me egisse optabo.*

B. HERMANNE: qui à parentibus, *Obijt anno 1225.* indolem tuam pietati magis quàm sæculi vanitatibus idoneam cernentibus ad studia primùm, inde ad collegium Canonorum Boñensium promotus, cùm te mundi periculis nimis vicinum reputares, in Hemmenrode arctiores vivendi canones, sub Instituto Cisterciensi arripuisti. Quo id spiritu egeris, B. Henrico, magnæ sanctitatis ibidem *Colüba super caput tyronis apparet.* Converso, DEUS ostendit: dum super caput ab Abbate sacrum religionis habitum suscipientis, columbam candidam conspexit: quam exinde frequenter idem vir sanctus tibi nunc fa-

Tenta- tis mirè subve- nit. crificanti, nunc munia Prioris obeunti præsentem videre meruit. Unde mirum non fuit, infinita maligni spiritûs machinamenta, quibus multos infestabat, per acceptam divinitûs prudentiam tuam fuisse elisa. Torquebatur è fratribus quidam gravibus immundi veteratoris sagittis: cui à te consilium petenti nihil aliud imperavisti, quàm ut redeuntem ad pristinas molestias hostem his tantùm verbis à se abigeret: *Confessarius meus tibi præcipit, ut me vexare desistas.* Non huic duntaxat, sed pluribus quoque alijs sic delegatum à te imperium saluti fuit. Et pietati tuæ *Dæmonis lar- vas in metur.* serviebat ludibrijs suis miser andabata; dum sub divinis laudibus modò speciem immanis Æthiopis, modò rustici hominis monstroso schemate, quin & caudæ vulpinæ figurâ oblatus, suos tibi conatus detexit; quos tu mox aut monitis paternis prævenire, aut orationum armis dissipare solebas. Inter tot utilissimas curas licèt fatigari nescires, *Revelatur illi futura promotio.* subesse tamen quàm præesse malueras. Descendebat nimirum humilitas tua, altiùs statim ascensura. Id jucunda, & mysterijs plena visio tibi præmonstravit; ex qua & futuram promotionem, & ejusdem successum clarè cognovisti. Missus igitur ad construendum monasterium

sterium

sterium Heisterbacense, liberalitate Aleidis, pijsſimæ Fundatricis, per annos circiter quinque novellam plantationem ad uberrimos ſanctimonix fructus educâſti. Quâ mortuâ, impij heredes in bona jam dudum DEO ſacrata involantes, tantum lucri diris vexationibus reportaverunt; ut divinâ in eos deſæviente vindictâ, horribili omnes morte interierint. Nondum ſedata erat hæc tempeſtas, cùm ex Heiſterbacho tuo Hemmenrodem revocatus es, ac illius cœnobij gubernaculo admotus. Secuturi erant omnes filij Heiſterbacenſes, ut à prædonum furore liberis, in materno tecum gremio vivere liceret. Quibus ob intempeſtivos metus increpitiſ, tridui orationem imperâſti. Quo elapſo, per viſum tibi opem promiſit afflictorum ſolatium MARIA manu geſtans ramum ſpinæ ſylveſtris, flore recenti, contra hiemalis tunc morem temporis, vernantem: juſſitque locum indagare, in quo ejuſmodi vepretum inter emortua frigore arboreta floreret. Mox reperto prodigioſi germinis indicio, fixæ ibidem novę ſedi inditum nomen, Loci S. MARIÆ. Sed aſpirans ad meliores tandem ſedes anima, nondum perfectô opere, ad cœlos evolavit. *Iterum recentem mihi*

*Dei ira
in bono-
rum ſa-
croſi
invaſo-
res.*

*B. V. o-
pem af-
fert af-
flicto.*

Fiducia *addis stimulum, totâ mentis fiducia com-*
in B. V. mittendi me Pijsſimæ Deiparenti. Scio, ea-
dem eſt illi ſolicitudine de mortalium ſalute,
quæ Filio, qui venit quærere, & ſalvum
facere, quod perierat.

Regimẽ *B. FULCO, ſummæ perfectionis*
dimiſit *indefeſſe ſectator. Vivebas in celebri*
anno *Savigniacenſium Congregatione lau-*
1137. *dabiliter: auditâ tamen B. Ligerij fa-*
mâ, quâ tunc eremum Dunenſem il-
luſtrabat, de ſuperiorum licentia ad e-
undem te contuliſti. Præviderat Or-

Inſidi- *cus ſurrecturi aliquando monaſterij*
as dæ- *ſanctimoniam, quam ob cauſam te,*
monis *viſibiliter importunus, à propoſito de-*
contem- *terrere conabatur: ſed irritò labore. In*
nit. *dies enim creſcente diſcipulorum nu-*
mero, eremitorium tranſiit in am-
pliſſimum cœnobium, in quo Savi-
gniacenſium leges à te inductæ, rigidif-
ſimè obſervabantur. At ne ſic quidem
acquievit fervor ille tuus, ad altiora
ſemper contendens. Occaſionem exe-
quendi, quod diu agitaveras, conſilij
præbuit tua promotio ad dignitatem
Abbatialem: quæ cùm humili animo
eſſet graviffima, ad Claramvallem ſe-
ceſſiſti: ubi à ſancto Patriarcha BER-
NARDO multis precibus impetrâſti,
ut te inter tyrones recepto, filiorum
ſuorum chariſſimum (ſibi nempe in
Claravalle

Fit ex
Abbate
tyro.

Claravalle successurum) B. Robertum Dunensibus præfecerit. Hic desiderij tui summam adeptus, ita ultimos vitæ annos transcurristi, ut tantum in tanto filio Patrem nemo non agnosceret, & veneraretur. Terra, licet infœcunda, cul-
ta tamen, fructus producit. Sterilem ergo cordis mei agrum, exemplo indefessi fervoris tui me doce diligentius excolere: nullus hic labor suo fructu carebit.

S. BERNARDUS, ser. 63. in Cant.

Viro sapienti sua vita vinea est, sua Sapien-
mens, sua conscientia: nihil quippe in-
cultum desertumve in se sapiens dere-
linquet. Stultus non ita. Cuncta apud
eum neglecta invenies, cuncta jacen-
tia, cuncta inculta & sordida.

tis &
stulti
discrimen.





ANNI
CISTERCIENSIS
JUNIUS.

I. Junij. Calende.

Floruit
circa
annum
1140.



Medici
nomen
ex mi-
raculis
trahit.

EATE CONRADE; monasterij de Hegena decus insigne: cui prodigiorum multitudo, quæ manibus tuis DEUS operabatur, Medici cognomen peperit. Nemo enim cæcus tibi offerebatur, cui non optatum viæ ducem, sanos oculos, donaveris: nemo claudus, quin à te redivivis auraculis, etus viribus, viam sinè fulcro relegerit: nemo denique à pessimo Inferni hospite oppressus; quem non à tortore crudeli liberum dimiseris. Sed & hæc ipsa beneficia, qui à te vivente inter mortales non acceperant, à jam ad cælites raptò innumeri impetraverunt. *Languentium consuetudo est, peritissimos quosque medicos conquirere. En! adduco tibi*

tibi cacam, surdam, & peccatis (id est, totidem demonibus) obsessam animam meam, juva, & sana miseram.

B. P E T R E, sancti Patris Roberti Floruit in Molifmo discipule, ac ad eremum anno Cisterciensem comes: qui unà cum reliquis sacri Instituti Fundatoribus in sudore vultus tui, exciso sylvæ senticeto, excelsam Ordinis Cedrum plantasti, quæ deinceps ramos honoris per totum Christianum orbem extendit.

Fac, ut mens mea habeat Cedri naturam: ut se erigat in cælum usque: altiùs semper, atque altiùs tendat: nil nisi summa, nisi divina quærat. Pia superbia est, quæ terrena contemnit.

Erigen-
dus in
cælum
animus

B. A L B E R T E: qui in monasterio Bremensi non solùm religiosi, sed eti- am Apostolici fervoris spiritum imbi- bisti. Is ne sub silentij claustralis um- bra delitesceret, in publicum ab Archi- episcopo Bremensi productus est; qui te consecratum in Episcopum Rigen- sem, ad imbuendos Christianâ doctri- nâ Livones misit. Quo in labore tri- ginta annos, non sinè ingenti fructu, complevisti: vocatis in subsidium pro- movendi operis, qui vel eloquentiâ barbaram gentem mitigarent, vel con- tumacem armis perdomarent. Hinc institutus sub tuis auspicijs militaris

Aposto-
lus Li-
vonie.

420 ANNI CISTERCIENS.

Ordo Gladiferorum: cujus industriâ multa infidelium millia Christi ovili adjuncta, & non exiguus Martyrum numerus cœlo adscriptus. *Ora pro me, ut in militia sacra, cui nomen dedi, fortiter & fideliter agam. Id ante omnia præcave, ne meiipsius insanus proditor, hostibus per deliberatum in peccata consensum me dedam captivum.*

Militia
fidelis.

S. BERNARDUS, ser. 6. de divers.

Peccatū
delibe-
ratum,
est sui-
met vo-
luntaria
damna-
tio.

Intentionem & propositum mentis ea sollicitudine custodiamus, quâ vitam animarum nostrarum volumus custodire. Quoniam istud omnino est peccatum ad mortem, cum ex consensu, & deliberatione delinquimus, proprio iudicio condemnati. Nec ideo sanè id dixerim, si quis fortè delicti hujus sibi conscius est: sed ut expavescat præcipitium, & citiùs adjiciat, ut resurgat.



2. Junij. 4. Nonas.

Circa
annum
1300.

SS. Martyres CUPRUSICENSES
in Polonia: qui à Tartaris eam
regionem repentino incursu devastan-
tibus

tibus, unâ cum aliorum, ad vos confugientium multitudine, crudeliter enecati estis. Victoriæ vestræ memoria hodierna die Sendomiriæ magno populi concursu celebratur. *Docete me vestram, aliorumque Martyrum memoriam eo modo recolere, quo Divus Augustinus hortatur, dum ait: ab ijs sanctorum gaudia in veritate celebrari, qui ipsorum exempla sequuntur.*

Cultus
sancto-
rum

B. MARTINE de Vargas: qui in monasterio Petrensi, exuto homine seculari, induisti Cisterciensem. Nec te solum sacra illa vestis ex veteri homine in novum mutavit, sed à te illa per totam Hispaniam novum splendorem obtinuit. Cùm enim pleraque monasteria, ob deplorandam Commendatæ administrationis abominationem, interitum spectarent, bonis fortunæ per hirudines illas direptis, & inter paucas vero pastore destitutas oves disciplinâ in pessimos mores degenerante: utriq; miserix in remedium ad primam sacri Ordinis originem respiciens, illa virtutum arma produxisti, quibus in suis adhuc initijs, ac duorum sæculorum incrementis se Cistercium à ruina servaverat illæsum. Primum Reformatæ militiæ castrum erexisti non procul ab urbe Toletana in Monte Sion. Inde ex-

Obiit
hac die
anno
1446.

Ordinis
ruina,
Comendæ

relegã-
tur.

plicata signa, Apostolicæ Sedis auctoritate fulgentia, totam paulatim Hispaniam cum regnis vicinis in eadem

Institu- sanctissima fœdera copulavere. Bal-
it Con- theus, seu novæ militiæ tessera, erat è
grega- lana candida contextum cingulum: id
tionem tamen supra spinas asperum tibi fecere
Hispa- malevolorum obtrectationes, cum in
nicam, negotio tam arduo pauci, iique infir-
magno mi, suffragarentur, innumeri obfiste-
labore, rent. At demum generosè superatis
Et fru- omnibus obstaculis, dubium reliquisti:
Et u. an olim nata, Conditoribus; an per in-
 dustriam tuam renata, Reformatori

plus debeat celeberrima his temporibus Hispanica Congregatio. Tu nòsti, *Refor-*
matio ô spiritu & zelo Divino plenissime Refor-
sui ipsi- mator, quàm multa opus habeam refor-
us. matione: cui oblectatur propria voluntas, stipata in veteratæ consuetudinis malo, & suggestionibus maligni hostis. His difficultatibus superandis, te adiutorem imploro.

Obijt
anno
 1581.

B. LUDOVICÉ de Estrada: qui postquam monasterij tui Hortensis regimen summa cum laude administra-
 visses, ad primam cathedram, & Abbatiale munus Complutensis Accademix promotus, doctrinâ, pietate, atq; prudentiâ, effecisti, ut te posteri pro Fundatore agnoscant. Ab oratione regressus in publicum, sæpe visus es, di-
 vinx

vinæ radios è vultu emittere. Eximi-
 am tuam in pauperes charitatem, pro-
 digioso annonæ augmento superi re-
 munerabantur. Pari benevolentia aff-
 ectu prosequeris cujuscunque Insti-
 tuti homines: quod præ alijs experta
 est clarissima Societas JESU, tunc pri-
 mùm orbi innotescens; quam & ab in-
 jurijs verbo ac scripto strenuè vindicâ-
 sti, & exhibitis alijs favoribus haud
 parum promovisti. Ita de omnibus be-
 ne meritis, ad meritam laborum mer-
 cedem, non sinè sanctitatis famâ, ex
 hac vita migrâsti. *Partem piissimi cordis*
tui à te supplex peto: illam scilicet, quam
Dei & proximi charitas tam abunde im-
pleverat. Hæc enim scala est, per quam
(nec alia via patet) ad cælum scandimus.


Charitas in
 pauperes,
 et alios.

Charitas est
 via in
 cælum.

S. BERNARDUS, ser. 12. in Cant.

O beata, quæcumq; es anima sic af-
 fecta, sic imbuta rore misericordiæ,
 sic affluens pietatis visceribus, sic te
 omnibus omnia faciens, sic facta tibi
 tanquam vas perditum, ut cæteris
 præstò semper occurras atq; succurras,
 sic deniq; mortua tibi, ut
 vivas omnibus.

Charitas per-
 fecta.



3. Junij.



3. Junij. 3. Nonas.

*Vixit
circa
annum
1195.*

*Tenta-
tur à
spiritu
super-
biae.*

*Terrifi-
ca visi-
one li-
bera-
tur.*

BLIFARDE: qui claram, ex qua progenitus eras, familiam monasticæ humilitati postponens, in Hemmenrode supplex petijsti, ut sub habitu Conuersorum pascendis porcis deputareris. Quem abjectissimum laborem cum aliquot annis in vera cordis simplicitate promptissimè exercuisses: meritis tuis, pro suo in humanum genus odio, invidens superbiæ spiritus, te vano cogitationum vento ita transuersum egit; ut, cum sordidæ functionis vilitatem relicto quondam generis splendori comparares, fugâ libertatem quærere statueris. Ita fluctuante inter spem metúmque animo, cum destinatâ ad scelus nocte ad quiescendum te lætus componeres, assistit lateri tuo viri venerabilis species, signóque, ut sequaris, admonet. Cujus vestigijs inhærens, ad cæmeterium pervenisti, ac jussus recenter ibidem sepulta cadavera inspicere. Quorum teterrimum foetorem exhorrescenti, & metu propè exanimi, Dux ille tuus: *Si, inquit, hoc ferre non vales, quod mox eris ipsemet, qua ratione feres tormenta, quæ superbis reservat in æternis*

æternis ignibus Divina Justitia? His dictis, tæque ad lectulum reducto, disparuit, simulque stolidum fugiendi consilium. Exinde nidor graveolentis haræ, nedum tædio, sed in delicijs erat. Atque ita novis radicibus firmata humilitas, ex periculis tam serijs emergens, ad miracula primùm, & ad cælos denique assurrexit. Radix superbiæ est, miseriæ nostræ, & bonitatis in nos Divinæ oblivio. Ut hoc malum evellam, sequar fræquenti memoria ducem tuum, ad eundem locum, quem tibi ostendit: ut ex consideratione futuræ calamitatis discam, quod multi non credunt, tu samen doceri, & docere meruisti: digniùs esse humano fastigio, porcorum gregem pascere, quàm nutrire in animo superbiam.

Superbia nascitur ex oblivione DEI, & sui.

S. BERNARDUS, ser. 13. in Cant.

Si inventus fueris ad opus impiger, ad fructum referendum fidelis; pro labore tuo mercedem accipies. Si quo minùs, tolletur à te talentum, & nihilominus exigetur lucrum, & vocaberis servus nequam, & piger.

DEO servendum fideliter.



A. Junij.



4. Junij. Pridie Nonas.

Obijt
Circa
annum
1151.

Pallio
mittur
pro na-
vi.

Obedi-
entia.

Floruit
anno
1212.

B. HILARI Converse monasterij de Morerola: qui non ignarus, quàm grata sit DEO humilis & prompta obedientia, ad illius amussim omnes actiones dirigebas. Audieras aliquando inter agri labores signum campanæ, te ad claustrum vocantis: ad quod pro more properanti se objecit fluvius Ezla, tunc fortè profundiore præter solitum alveo undas agens: nec cymba aderat, quæ te in campos egressum antè transportaverat. Cùm tu non multùm hæsitans: *Quisquis es, ajs, qui hanc obedientia sanctæ remoram opponis, nihil agis: obedientia mihi navis erit, remus, ac remex: injecto que in aquas pallio insistens, ac signo Crucis te muniens, momento ulteriorem ripam tenuisti. Mare est mundus, infidum, & quotidianis naufragijs infame. Quod ut securus enavigem, exemplo tuo instruor, ne me alijs velis remisque committam, quàm sacra Obedientia.*

B. MARGARITHA, Henrici Ducis Brabantiaë filia. Commendabat juvenilem ætatem tuam, quidquid felicitatis in liberis parentum vota desiderant

derant. Nam sub formæ venustissima specie, latebat prudentia, qualem vel in senibus admiramur. Quæ nobilissimæ tam naturæ, quàm Gratiæ dotes, Procoscum per omnes Principum aulas celebrarentur, summæ fortis procoscum spe nuptiarum accenderat. Sed horum omnium expectationem una dies præcîdit, quâ nempe in monasterio Vallis Ducis (quod pius parens ex voto condiderat) Virginem Cisterciensem sollemnissimo ritu professa, cuinam Sponso cæstum devoveris, admiranti Brabantia ostendisti. In Abbatissam successu annorum electa, veluti calcatos olim honores invita admisisti; ita quàm sanctè præfueris, vetusta monumenta, Officio Ecclesiastico cultam te fuisse referentia testantur. *Æquavisti generositatem stemmatis magnitudine operum: quorum pretium propè unicum est, Intentio: quâ tu, cum toti mundo posses, uni Deo placere voluisti. Hanc in corde meo dirigendam tibi assume: Et, si vitiosa sit, ad scopum suum, qui extra Deum nullus sit, reducas.*

Et monasterium petit.

Recta Intentio.

S. BERNARDUS, ser. 40. in Cant.

Ergo solum inquirere Deum, propter ipsum solum, hoc planè est, utramq; geminatae Intentionis faciem habere pulcher-

Quæ sit rectissima Intentio?

pulcherrimam: atq; id proprium, ac speciale sponsæ; cui meritò singulari prærogativa audire conveniat: Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis. [Cantic. I.]



5. Junij. Nonis.

Passi
anno
1536.

Victo-
ria de
hoste.

Obijt
anno
1170.

B GUILIELME, Abbas monasterij Fontanensis: qui unà cum Abte Riveriensi Anglicani furoris, simulfue coeli victima, in quatuor partes discerptus es; ut nempe plura ex vulnerum augmento erigeres de triumphata tyrannide trophæa. Premor ab hoste, non ex Anglia, sed ab Angelica dignitate detruso. Vos mihi assistite, ut vincam vestris meritis, quem vos glorioso sanguine triumphastis.

B. BONIFACI: qui triplicem te venerandi titulum mihi offers. Primum, quòd inter primos BERNARDI alumnos ex Claravalle, id est, ex schola sanctitatis prodieris. Inde quòd ab eodem in Brabantiam missus, Villarij officio Prioris eâ viæ puritate, & prudentiâ perfunctus fueris, quæ testabatur, quanta sit BERNARDI in formandis

mandis ad virtutem animis vis atque felicitas. Denique quòd miraculis post obitum clarus, & venerationi publicæ expositus, fiduciam mihi præstes, quâ *supplex te accedam, obsecrans, ut me doceas signa morti præmistere, non miraculosa, sed religiosa, quibus horam felicem à Deo obtineam.*

B. SIGERE, monache Hemmenrodensis: ex cujus beata morte intelligi potest transactæ vitæ innocentia, & *Flornit circa* erga Matrem Virginem devotio. Cùm *annum* enim ad extrema devenisses, & ad da- *1210.* tum agonistui signum quidam Conversus accurreret, in via obviam habuit eandem morientium Patronam, quæ illi mandavit, ut omisso lugubri cantu, tibi jucundum melos hymni, *Te Deum laudamus*, circum feretrum accineretur. *Optabilis felicitas, sic mori: & nunctam facili labore comparanda, nisi Præparatio ad* execrabilis illa pestis, Procrastinatio præ- *mortē.* parationis ad mortem, tot salubria consilia, & *proposita, identidem suffocaret.*

S. BERNARDUS, ser. 75. in Cant.

Tunc aliud tempus ad quæredum Deum, ad operandum, quod bonum est, reperturus tibi es in sæculis venturis, præter hoc, quod constituit tibi Deus, in quo recordetur tui? *Nunc tempus salutis.* 6. Jun.



6. Junij. 8. Idus.

- Obijt
anno
1466.
- Sono
campanarum
excipitur in-
trans
cœnobi-
um.
- Novissi-
ma Tu-
ba.
- Floruit
anno
1129.
- B. GUNDISALVE**, Præsul pijsime
monasterij Azebeyri in Gallæcia:
qui vitæ sanctimoniâ tot virtutum tu-
arum præcones meritus es; ut, cùm ho-
minum linguæ ad eas celebrandas non
sufficerent, ære campano cælum accla-
maverit. Nam quotiescunque ex agro
ad cœnobium revertebaris; æneæ illæ
linguæ, nulla vi humana compulsæ,
insonabant. His post obitum tuum ta-
centibus, alij successerunt encomiastes,
continua miracula, quæ in hodiernum
usque diem ad sepulchrum tuum spe-
ctantur. *Sonet etiam in meis auribus æs
illud terribile, quod mortales universos
excitabit è somno, cùm novissimam tubam
Magnæ diei præcursor Angelus inflabit.
Discam nunc illam timere, ut sinè timore
tunc audiam.*
- B. WALTERE** de Monte mirabi-
li: qui in Campania claris genere ma-
joribus ortus, unâ cum paris studij, æ-
tatis, & stemmatis cohorte, in Clara-
valle divertisti; ut Virum illum mira-
culorum (*sic ibat fama per orbem*) **BER-
NARDUM** coràm intueri liceret. Et
cùm is à vobis discessuris pereret, ut in
gratiam

gratiam sui ludicras Bacchanalium insanias missas faceretis, ferociter abnuistis. Rogabat deinde, ut saltem poculum cerevisiæ humanitatis ergo admitteretis. Bibistis quidem omnes, sed non sinè metu, ne cœlesti aliquo philtro vasculum implevisset: præsertim postquam audivistis, Poculū salutis vobis propinari. Nec vanum fuisse metum ea mox hora aperuit. Quā ad unum omnes ad Claramvallem reversi, non tantū paucorum, quos mellifluus Pater petierat, dierum, sed omni deinceps abjuratā mundi insaniā, in magna sanctitare ad æternæ gloriæ metam (felicitiùs; quàm in ludo hastico) cucurristis. Reliquit & aliud salutis poculum posteritati Bernardus, melle plenum, melliflua nimirum scripta: sed rari sunt, qui suam inde salutem hauriant: primoribus tantū labris gustamus, saporem laudamus. aliter sanè victuri, si aliter biberemus.

Poculū salutis à S. Bernardo accipit:

celeri effectu.

Scripta Bernardi, sunt poculū mellis.

B. JOSEPH à S. Germano: qui ante Religionis ingressum, Romæ ob insignem doctrinam cum pietate conjunctam, in summa existimatione versabaris. Anhelanti ad pretiosum Obedientiæ meritum, placuit præ alijs sacris Ordinibus, Congregatio Fulienisum: in quam receptus, quòd paucos annos

Obijt circa annum 1608.

annos supervixeris, severa carnis maceratio in causa fuit. Sed te adeò pro-
peravisse ad mortem, nemo mirabitur,
qui quotidianos raptus, per quos bea-
torum in cœlo gaudijs intereras, con-
sideraverit. *Agnoscat etiam anima mea, se
cœlo natam: patriam suam frequenter in
pia meditatione in visere gaudeat: nec se ad
cœnum terrenarum vanitatum stolidè a-
mens coudemnet.*

Cœlum
patria
animæ.

S. BERNARDUS, ser. 52. in Cant.

Vera de
concu-
piscen-
tijijs vi-
ctoria.

*Transsilisti carnis oblectamenta, ut
minimè jam obedias concupiscentijs
ejus, nec tenearis illecebris? Profe-
cisti: separasti te; sed nondum elon-
gasti: nisi & irruentia undiq; phan-
tasmata corporearum similitudinum
transvolare mentis puritate præva-
leas.*



7. Junij. 7. Idus.

Obijt
anno
1159.

S. ROBERTE, qui ex cœnobio Fon-
tanensi in Anglia, ad condendum
Neomonasterium assumptus, gemino
amoris funiculo, quorum alter in pu-
ritatem

ritatem animi tendebat, alter in pau-
peres, ita tibi divinam Bonitatem de-
vinxisti; ut ipsum Virginis Filium sub
egeni persona suscipere, illi pedes ablu-
ere, & deosculari merueris. Cùmque
more consueto effunderes cor tuum in
conspectu DEI, multisque lacrymis te
ac filios tuos illius clementiæ com-
mendares, coelitus ad te vox allapsa: *lesti de*
Confide, inquit, fili: exaudita sunt preces futuris
meæ. & nomina filiorum tuorum, pro qui-
bus rogasti, in cælis scripta sunt: non nisi tur-
duo ex illis scripti sunt in terra. Verita-
ti fidem astruxerunt duo ex Conver-
sis, qui per illos dies jugo religionis ab-
jecto, miserè perierunt. Aliàs ad ma-
ris litus fratres misisti, ut ejecta nau-
fragio (de quo præter te nemo habue-
rat notitiam) corpora sepulturæ man-
darent. Indulgebas, uti quorundam
fuerat opinio, paulò liberaliùs, quàm
pro dignitate, cujusdam piæ foeminae
familiaritati: nec omisit sagax in ejus-
modi occasiones invidia, innocentiam
tuam gravissimâ infamiâ lacerare. Sed
tunc nempe proxima sunt cœliauxilia,
cùm humanis destituitur innocentia.
In spiritu enim præsens Pacis ille An-
gelus BERNARDUS, securum te fe-
cit: in vitæ tuæ mortalis occasu oritu-
rum solem, qui hoc nubilum sua luce

*Christi
hospitio
recipis.*

Voce cœ-

instrui-

*In spi-
ritu vi-
det ab-
sentia*

*S. Ber-
nardus
illi ap-
paret.*

T

non so-

*Angeli
assistunt
mori-
enti.*

*Mutus
accipit
loque-
lam.*

*Sanus
linguæ
usus.*

non solum dispellat; sed ad posteros quoque nominis tui splendorem transmittat. Præluferunt huic gloriæ tuæ spiritus cœlestes, qui, dum in extremo certamine eras, visi sunt turmam infernalium belluarum à lectulo tuo arcerere. Eisdem deinde te in globo igneo, unà cum anima præfatæ foeminæ, ad sidera deducentes sanctus Godricus anachoreta conspexit. Ex innumeris à morte miraculis illud maximè jucundum, quod mutus memoriæ prodidit. Is à matris utero omni loquendi facultate destitutus, multo gemitu fletuque sancti martyris Thomæ Cantuariensis opem imploraverat, ad cuius tumulum erat assiduus: cum per visum illi se offert sanctus Præsul, jubetque ad Novum monasterium, ac tuum ibidem sepulchrum sua vota transferre; ducem se illuc fore, redituro ad propria linguam pro ducere servituram. Inexpectatum hunc præconem sui à te accepti beneficii tota tunc Anglia audivit, & obstupuit. *Queri non possum, me à Deo non accepisse linguam ad formanda verba idoneam: sed hoc doleo; quòd sanum & utilem illius usum à tot annis necdum didicerim. Quoties præstitisset, me fuisse mutum, quàm in tot indecentia verba profusum, de quibus Deus exiget rationem aliquando severissimam!* B. U. R.

B. U R R A C A: cujus Parentes Co-^{Flornit}
 mites monasterium de Cannas excita-^{anno}
 verunt. In quo Cisterciense Institutum ^{1236.}
 professa, ac post mortem Armezenæ
 Abbatissæ, gubernaculo admota, non
 sinè præclara sanctitatis opinione de
 hoc sæculo migrâsti. Simulachra deo-^{Res ca}
 rum gentilium sunt caduca omnia: à qui-^{ducæ}
 bus tamen juvari nos posse, stulta super-^{indignè}
 stitione putamus. Prudentiùs tecum illa ^{amari.}
 contemnam, & utcunque res terrenæ flu-
 ant, confidenter exclamabo: Dominus mi-
 hi adjutor, non timebo, quid faciat mihi
 homo.

S. BERNARDUS, ser. 83. in Cant.

Quid optabilius charitate? quâ sit, ^{Fiducia}
 ut humano magisterio non contenta, ^{in Deū.}
 per temet, ô anima, fiducialiter ac-
 cedens ad Verbum, Verbo constanter
 inhæreas, Verbum familiariter per-
 cuncteris, consultesque de omni re,
 quantum intellectu capax, tantum au-
 dax desiderio.





8. Junij. 6. Idus.

Floruit
anno
1153.

Ber-
nardū
videt,
Christi
ample-
xibus
inhe-
rentem:

Et in
choro,
licet
absen-
tem.

B MEDARDE, gemina sanctissima familiaritate, cum DEO, & mellifluo BERNARDO felicissime; per quam ad intima ejusdem pijsissimi Parentis arcana penetrasti. Cū enim amoroso amplexu à Christo Cruci affixo constringeretur, te solum spectatorem, utique tam amantis quàm amati voluntas admisit. Eundem præterea videbas sub vigiliarum nocturnarum cantu circumeuntem per chorum, & dulcissimā præsentiam suā psallentes ad alacritatem devotionis pro more animantem. Audiens autem postera die conquerentem, quòd corporea detentus infirmitate, choro interesse non valuerit, fatentem tamen, se spiritu evolasse, quò corpori non licuerit: meritò admiratus es mirabilem DEUM in sancto suo, utpote in cujus potestate sit, corporis absentiam spiritu, carnis speciem induere jussu, supplere. Ab eodem denique ad Abbatiam de Moris avocatus es: sed brevè familiaritatem, nunquam ultrà dissociandam, in cœlo renovaturus. *O te ex amicitia tam sacra beatum! Et me viceversa infortunatum,*
qui

qui suavissimè ad hujus amoris fœdera utrimque invitatus, inire tamen detestabile pactum cum inferno, id est peccato, non erubui. Verùm sicuti Divina misericordia, & bonitas Bernardi inexhausta est: ita spero, me tua intercessione in utriusq; gratiam reducendum.

Fuga peccati.

B. JOANNES: qui post sanctam monasterij Fontanensis in Anglia gubernationem, ad Episcopatum Eliensem evectus, inter gravissima regni negotia sic agebas; ut uni tibi vacare videreris: exteriore habitu, & actionum modestiâ simplex, sed in disceptandis controversijs sagacissimus. *Remare, & scrutare cor meum: si quid in illo insincerum, non simplex & rectum inveneris, protinus exturba. Dæmonis, non hominis, lingua est, quæ à corde discordat.*

Obijt anno 1225.

Cor simplex.

S. BERNARDUS, ser. 82. in Cant.

Quàm incongruè simplicitati duplicitas admiscetur! quàm indignè tali fundamento talis structura committitur! Hujusmodi versutiam sibi serpens induerat; cùm se, ut deciperet, consiliarium exhibebat, simulabat amicam.

Duplicitatis inventor diabolus.

☩

T 3

9. Junij.



9. Junij. 5. Idus.

Floruit
anno
1150.

* Epist.
116.

Virili-
ter age.

Promo-
tus año
1231.

B. ERMENGARDIS, Comitissa
Britanniæ: quæ vel uno hoc titulo
venerationem summam mereris, quòd
à dulcissimo BERNARDO tantope-
re merueris diligi. Non enim, nisi di-
cisset amor, ad te scripsisset: * *O si le-
gere posses in corde meo, quod ibi de amo-
re tuo, suo digito Deus scribere dignatus
est!* Unde ut tanto dilectionis affectui
te non exhiberes ingratham; monaste-
rium de Busajo condidisti. Quin ut
te veram BERNARDI filiam osten-
deres; assumpto Cisterciensi habitu,
non antè vivere desijisti, quàm sanctis-
simam amantis effigiem, strenua vir-
tutum illius imitatione, ad vivum ex-
presseris. *Ita nunquam defuere omni sæ-
culo viriles è debiliore sexu animi, qui vi-
ros ignavia possint arguere. Utinam ego
hanc tandem exuerem, & me magni Do-
ctoris Africani verbis alloquerer: Si po-
tuerunt isti, & istæ, cur non ego? Cælum
nauseat, qui laborem.*

B. JOANNES: qui in monasterio
Villariensi Monachi nomen non solâ
veste exhibiturus, solitaria devotione
DEO, & animæ salutis vacabas. Preces
cum

cum gemitu & lacrymis deliciæ tuæ erant, & unica cura. Quæ pietas tua ut & alijs prodesset: noviter erecto monasterio Grandimontensi præpositus, vitæ sanctissimæ exemplo probavisti; & solitudinem esse virtutum publicarum palæstram. *Malè aliorum defectus culpat, qui suos ignorat. Hoc malum ut declinem, solitudinem tecum adibo: ut nimirum præter me solum nihil videam, nihil observem, minùs judicem. Sat laboris hæc solitudo dabit, quo me utilissimè exerceam.*

Observatio
sui ipsi-
us.

S. BERNARDUS, ser. 57. in Cant.

Perfectus omnis reputabitur, in cujus anima tria hæc congruenter atq; opportunè convenire videbuntur: ut & gemere pro se, & exultare in Deo noverit, simul & proximorum utilitatibus potens sit subvenire; placens Deo, cautus sibi, utilis suis.

Perfectionis
tria indicia.



10. Junij. 4. Idus.

B. MARIA, Walencuriæ, seu Polen-
gerij monialis: quæ sub sancta bea-
tæ Ascelinæ disciplina piè educata, 1181.

Circa
annum

T 4

eidem

440 ANNI CISTERCIENS.

eidem post obitum circumdata cœlesti lumine apparuisti, ac decantato illo Psalmi versiculo: *Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: lætabunda & exultans te ad cœlos recepisti. Psallo & ego diu nocteque Domino virtutum: sed quàm frigidè, quàm languidè, quàm longè atiter, ac me sancta illa carmina doceant! Tu fac, ut psallam deinceps sapienter: hoc est, ut idem eruētet cor meum, quod lingua pronunciat.*

Floruit
anno
1170.

S. Bernardi
vaticinium,
licet serò impletur.

B. P E T R E, monache Clarævallis: cujus sanctum & verè columbinæ simplicitatis animum mellifluus Parens BERNARDUS summè diligebat. Unde mirum videbatur ejusdem oraculum, vaticinantis, te, unà cum alijs, quos simul tunc sacra Ordinis veste induebat, in Abbatiali dignitate moriturum. Reliquis itaq; omnibus propheticis sermonis veritatem complentibus, tu solus ad decrepitam usque ætatem in tua simplicitate, absque administratione ullius officij permanebas. Sed dilatam, non ablatam fuisse (juxta adagium) promissi fidem, eventus docuit; dum in Gronlandiam vocatus, & in Abbatem Novæ Vallis electus, venerabiles canos tuos hoc tandem diademate, gemmis virtutum ornatissimo

mo, coronavisti. *Simplicissimum illud
Ens entium Deus, cor simplex, tanquam
rem suæ naturæ simillimam, amat. Ut ego
ab hoc summo Bono amari merear, ora, ut
cor meum tale sit, quale depingit aureo
suo calamo*

S. BERNARDUS, Tr. de Præc. c. 14.

*Ego verò, ut interior oculus verè sim- Charitas, &
plex sit, duo illi esse arbitror neces- Veritas
saria, charitatem in intentione, & in cordis
electione veritatem: ut oculus vide- custo-
licet cordis non solum pius, qui fal- des.
lere nolit, sed & cautus sit, qui falli
non possit.*



II. Junij. 3. Idus.

BREYNERI: qui inter primos per *Obijt*
urbes Belgij iter facientem, & sa- anno
crum rete explicantem S. BERNAR- 1150.
DUM secutus es, non ad Claramval-
lem duntaxat, sed ad montem summe
perfectionis. Talis nimirum fueras, ut
& Prioris officio dignum, & occupa-
tus Ecclesiæ negotijs, parem te judica-
verit, qui in regenda congregatione,
absentis personam sustineres: meritum
T 5 denique,

denique, quem paucis ante obitum suum annis ad cœlum præmitteret. *Ora, ut, cum sagenam illam magnam aliquando Angeli excutient, ego inter pisces Electos colligar, non verò cum malis foras abjiciar.*

*Obijt
anno
1170.*

*Mira
in diris
dolori-
bus pa-
tientia.*

*Christi
appari-
tione
roborat-
ur.*

B. ALEIDIS, Camerae MARIÆ monialis: quæ novum tuo sæculo Jobum exhibuisti. Classicum irruenti in te morborum catervæ præcinuit fædissima lepra; quæ (ut ad doloris conflictus te scires vocari) totum corpus, in loricæ modum vestivit ulceribus: quibus unà cum effuso purulento humore inarescentibus, cutis perquam similis erat annosæ quercui, cujus rugosum corticem videbaris induisse pro scuto patientiæ, inter omnia hæc tormenta semper invictæ. Sed hac etiam veste rursus à tabe & vermibus derosâ, pedes & crura, cum incredibili doloris augmento, usque ad ossa nudabantur. His accessit, te ab hominum consortio separandi necessitas, ne contagies sese in alios effunderet. At sic à mundo exclusam Christus non rarò in visere, ad suavissimos amplexus invitare, ac de cœlestibus arcanis instruere dignatus est. Audieras aliquando in Vigilijs Divæ Ursulæ festivis moniales alacri voce nocturnis precibus intentas

tentas: & tunc primùm ægritudini tuæ audebas irasci; quòd te à tam pio confortio, & apud DEUM merito arceret. At iterum Christus, te non harum solummodo, sed & sanctarum Martyrum in cœlo præmia reportaturam, promisit. Aggerebantur inter eà dolores doloribus: ita ut jam damnatorum in tartaro pœnas, jam ignium piacularium tormenta te perpeti, fatereris: adhortante Servatore; ut alteram suppliciorum partem pro sceleratè viventibus, alteram pro animabus in ergastulo luentibus, Æterno Patri suo offerres. Illud maximè stupendum, accedentes ad te morbidos, præsertim leprâ maculosos, solo tuo contactu, sospitatem consecutos esse. Cùm denique virus, per omnes corpusculi artus serpere non desinens, etiam oculorum lumen extinxisset; gaudebas, jam nihil te, præter cœlum, per interiores mentis radios aspicere: ad quod, integro anno de die & horâ mortis præmonita, feliciter evolâsti. Utinam in te, velut in vero patientiæ speculo, altiùs perpenderem Christianum illud axioma: non dari transitum ab otio hujus vitæ ad quietem futuræ; nec à delicijs terrenis ad cœlestes: sed præmia servari laboribus, & gaudijs excipi cruce! enimverò non adeò cruce metuerẽ.

Dolores suos pro alijs offerre docetur

Leprâ alios liberat.

Hic labor, ibi quies.

S. BERNARDUS, ser. 68. in Cant.

Dulcis
post la-
borem
quies.

Opportunè post tristitiam gaudium
subit, post laborem quies, post nau-
fragium portus. Placet cunctis secu-
ritas, sed ei magis, qui timuit: ju-
cunda omnibus lux, sed evadenti de
potestate tenebrarum jucundior.



12. Junij. Pridie Idus.

Circa
annum
1200.

B. OPTO, Converse Hemmenroden-
sis: quem morum integritas, ac aliq̄
virtutes, maximè humilitatis studium,
ad sanctitatis famam in hac vita, & in
altera ad promissa humilibus præmia
evexere. *Cecitas est sanè dolenda, quòd
tam splendide promissa præmia tam levi
labore (quid enim facilius, quàm de se, id
est, de cæno & nihilo, sentire humiliter?)
nobis comparare gravemur.*

Vixit
circa
annum
1195.

B. GUIDO, monache Clarævallis:
qui ex Germaniæ partibus Parisios, stu-
diorum gratiâ profecturus, suadente
itineris duce, ad Claramvallem diver-
tisti. At ille tum loci sanctitate, tum
gravitate monasticæ disciplinæ, in a-
morem sacri Ordinis repenrè accensus,
etiam

etiam te ad societatem pij consilij invitavit. Cui tu haud leviter indignatus, in sequentis diei aurora ad destinatas Lutetias te properaturum, dixisti: ipse interim videat, ne inconfulti fervoris impetus, longæ pœnitentiæ materia fiat, & vulgi fabula. Verùm aliter sentire ea te nox docuit. Non dum enim soporem plenum palpebræ *Formi-* admiserant, cùm tu inexperto ante- *dabili* hac somni impetu raptus, visus tibi es *visione* in profundissimum puteum esse dela- *voca-* psum: nec ullam emergendi spem afful- *tur ad* sisse; donec Divus Joannes Evangeli- *Ordinē.* sta, cucullam Cisterciensem indutus, auxiliari manu porrecta, te in libertatem eduxerit: ea tamen conditione, ut sacram religionis vestem, quâ ipsum modò videres ornatum, mox in Clara valle susciperes. Cui divinæ vocationi cùm velociter ac streuè respondisses; eò perfectionis progressus es, ut præter plura alia cœlestium arcanorum spectacula, ipsum inscrutabile *SS. Trinitatē* Trinitatis mysterium intueri merueris: tantâ luminis tum claritate, tum *videt.* subtilitate, ut sæpe fassus fueris, inter omnia DEI elogia, quæ Fides docet, illud jam tibi certissimū, quòd verè sit Ineffabilis. *Eundem ineffabilis misericordiae Deum pro me ora, ut sicut mihi per*

446 ANNI CISTERCIENS.

Omnipotentiam suam ubique est presentissimus, ita in anima mea efficaciter operari dignetur per suam gratiam ea omnia, quibus novit, me illi posse placere.

S. BERNARDUS, ser. 69. in Cant.

DEUS
gratiæ
gratiã
super-
addere
solet.

Tanta est Verbi dignatio, tanta benevolentia Patris Verbi, ad bene affectam, & bene compositam animam (quod quidem ipsum Patris munus, & Verbi opus est) ut quam sua tali benedictione prævenerint, & præparaverint sibi; sua quoque dignentur præsentia.



13. Junij. Idibus.

Floruit
annò
1149.

B. NICOLAE: qui ex Morimundo in Poloniam missus, celebre monasterium Andræoviense condidisti: Filiam suæ Matri tam similem, ut vulgò alter Morimundus audiret. Et licèt temporum iniquitas insignia virtutum tuarum opera posteritati subtraxerit; quia tamen fide digna scriptorum monumenta te sanctitatis titulo exornant, non video, cur non te orem, ut doceas me verè mori mundo, ne moriar infelix.

B. GE-

B. GERARDE: quem nescio, an potius fratrem, an filium appellem. Fratrem te illi si non dedisset nascendi conditio, Religio fecisset, & amor supra fraternum intimus. Sed cur non te & filium dicam illius, qui te Christo genuit, jam penè mundo immortuum? quem in Claravalle colebas non ut Patrem duntaxat, sed ut sanctissimum? qui denique bis conclamatum, è mortis faucibus prodigio gemino eduxit? Fuit, cùm ne fratri quidem aliquid de-*Consili-*ferres, ad religionem capeffendam te *um vo-*vocanti: ille verò digito in latus tuum *cantis* impresso, seriò ostendit, quàm acri *Ber-*stylo militaris hastæ sis brevè ad con-*nardi*sensum persuadendus. Ab hostibus e-*spernit:* nim eodem lateris loco graviter ictus, & in carcerem coniectus, fratris opem *sed ictu* epistolâ, non tam atramento, quàm *sapere* lacrymis scriptâ implorâsti: quamvis *disceit.* autem accurrentis auxilium tunc fuerit irritum, non tamen vaticinium, quo tibi proximam libertatem promissit. Nam perfanato celeriter vulnere, *Educi-*ruptis prodigiòsè vinculis, & janua-*tur ex*rum feris, per tot propemodum mira-*carcere*cula ad fratrem redijsti, quot olim A-*prodi-*postolorum princeps, de manu Hero-*giosè.*dis ereptus ab Angelo. Ita tibi tuisque restitutus, post elapsam in Cistercio tyrocini-

tyrocinium, BERNARDO ad Claræ-
vallis foundationem emissio non tam in
socium laboris, quàm sublevamen da-

Agitæ- tus es. Curas œconomia in te reposita
onomi erat: quas tanta charitate administra-
in Cla- visti; ut ipse BERNARDUS testatus
vavalle sit: te, cùm plus omnibus laborares, mi-
nùs omnibus accipere solitum: ita ut,
cùm alijs omnibus necessaria ministra-
res, tu sæpe egeres in pluribus. Ego, in-

* *serm.* quit, * *vocitabar Abbas; sed ille præerat*

26. *in in solitudine. Tibi debeo, si profeci, si pro-*

Cantic. fui: cur enim securus intus non essem, cùm

te scirem agentem foris manum dexteram

meam, lumen oculorum meorum, pectus

meum, linguam meam? Cæterùm quàm

unicè spiritus BERNARDI ex te, &

ex illo tuus, utriusque ex DEO pende-

In Ita- ret, in itinere Romano eluxit. Nam

lia mo- cùm Viterbij subitanea febris te ad ex-

ribun- tremam deduxisset: cum lacrymis & ge-

do sospi- mitu ad orationem prostratus pijsi-

tatem mus Pater: *Expecta*, clamabat, *Domine*

impe- *Deus meus, usque ad reditum: restitutum*

trat *amicis, tolle illum, si vis, & non causabor.*

Ber- Recepta igitur quammox sospitate, &

nardus expeditis negotijs, reducem, pristina

febris, quasi pactorum fidem exactu-

ra, denuo adoritur: quâ ingravescen-

te, circa medium noctis, quam inter

mortales ultimam habuisti, inopinatò

cantare

cantare psalmum hilari voce cœpisti:
Laudate Dominum de cœlis. &c. Accitus
 BERNARDUS, admirans simul, &
 exultans, hæc ultima verba, lætitiæ
 causam exponentia, audivit: *Quanta,*
ajebas, dignatio Dei, Patrem hominum
esse! quanta hominum gloria, Dei filios esse
& heredes! nam si filij, & heredes. Plura
 locuturum, vires destituere: nec aliud
 percipi potuit, quàm hoc extremum su-
 spirium: *Pater, in manus tuas commendo*
spiritum meum. Id multis instar prodi-
 gij visum est, quòd te amantissimus
 germanus siccis oculis terræ mandave-
 rit; cùm neminem aliàs filiorum sine
 lacrymis sepelire soleret. Sed deflere
 nimirum non poterat, quem jam læta-
 ri inter beatos cœli cives, te illi divini-
 tûs felicitatem tuam revelante, sciebat.
Vinctum me esse peccatorum meorum ca-
tenis non ignoras, ô beate! Tu cum dulcissi-
mo germano advola; educ miseram ani-
mam meam, jam quidem de dira servitu-
te peccati, & post superatam feliciter tuo
patrocinio mortis luctam, ad gloriæ tuæ
consortium.

S. BERNARDUS, ser. 76. in Cant.

Nónne sanctorum vox est: Transi-
vimus per ignem & aquam, &
eduxisti nos in refrigerium? [*ps.*
65.]

Beati
 in cœlo
 nobis
 gaudet

succur-
rere.

65.] *Quid? ipsi transierint, & nos in medijs ignibus & fluctibus derelinquent, nec saltem manum porrigere dignabuntur periclitantibus filijs? Non est ita.*



14. Junij. 18. Cal. Julij.

Passi
anno
1180.

Milites
Tem-
plarj,

Cister-
cienses.

GENEROSI Martyres, Milites TEM-
PLARIJ: sic dicti, quòd urbem,
ac Templum Jerosolymitanum vestris
armis contra Gentiles, pro communi
reipublicæ Christianæ bono defenden-
dum susceperitis. Leges, seu vivendi
methodum vobis petentibus, ex man-
dato Concilij Trecensis, præscripsit,
magnus ille sacrorum bellorum Dux
BERNARDUS. Vestis erat ad nor-
mam Cisterciensium alba, scapulari
nigro distincta: idem Vexillis color:
& in sacramento militari post DEUM
ac Sanctos, Superiores Cistercij primi
nominabantur. Inter alia munimen-
ta castrum validum imposuistis ripæ
Jordanis, Vadum Jacob appellatum,
frenum fluvij, hostibus maximè invi-
sum. Ad quod expugnandum Saladi-
nus, Turcarū tyrannus, vi improvisa
totius

totius regni vires effudit, & quotquot vivos in potestatem redegit, ferrâ medios per latera dissecuit. Licuit barbaræ crudelitati sic in corpora sævire: at fallitur, si sibi de victoria blanditur; dum invictos animos vestros ad æternum inter cœlites triumphum transfudit. *Tanti vos cœlum emistis: mihi sanè in documentum observatu dignissimum: quo discam, illud non desidiâ, sed laboribus esse venale: nempe, violenter rapiendum.*

Coelum
suo pre-
tio ve-
nale est

B. MENCIA, Fundatrix, & Abbatissa monasterij de Arroyo: quæ nunquam fuisti parcior, quàm in admit- tendis commoditatibus, quibus caro nutritur: nullibi profusior, quàm in fundendis precibus, lacrymis, & flagellorum verberibus innocenti corpiculo tuo infligendis. Noveras nimirum, hæc esse monilia, quibus anima redditur digna sponsi cœlestis amoribus. *Excita animam meam ad simile studium placendi illi soli, qui licet non esset Bonitas de se amabilissima, tot tamen beneficijs ab æterno exhibitis, & in æternum promissis, utique meretur amari.*

Floruit
circa
annum
1160.

Amor
DEI.

S. BERNARDUS, serm. 64. in Cant.

Da mihi animam, quam frequenter Verbum sponsus invisere soleat; cui familiaritas ausum, cui gustus famem,

Anima
sponsa
Christi.

cui

252 ANNI CISTERCIENS.
*cui contemptus omnium, otium dede-
rit: & ego huic incunctanter assigno
vocem pariter, & nomen sponsæ.*



15. Junij. 17. Cal. Julij.

*Floruit
anno
1214.*

*Miro
modo
divinâ
gratiâ
inun-
datur.*

B. A G N E S, monialis Rameyæ, fe-
lix familiaritate B. Idæ, cui, inno-
centiam tuam non ignoranti, eras in-
ter pias sancti amoris curas. Et quem-
admodum vera charitas in eo confi-
sit, ut amans felicitatem dilecti desi-
deret; ita pia virgo de te sollicita, apud
Sponsum, per quotidianas revelatio-
nes sibi familiarissimum, de tuæ salu-
tis futura expectatione inquirebat: cui
Servator locum amœnissimum osten-
dit, in quem primo statim post mor-
tem momento sis admittenda. Oracu-
lum hoc suâ itidem præsentia Christus
confirmavit; te gratiæ cœlestis pleni-
tudine ad eò mirabiliter inundans, ut
diu soli spiritui vita remanserit, corpo-
re sinè sensibus immobili. His favori-
bus initiata, in tanta puritate vitæ cur-
sum absolvisti, ut nemo dubitaverit,
te inter prudentes virgines ad nuptias
sponsi receptas, numerandam. *Imitare
etiam nunc sanctam tuam magistram, &
sicut*

sicut illa tibi precibus dona cœlestia impetravit: ita tu facias, ne tristissimam sponsæ vocem cogar audire: Nescio vos: sed apertam videre & introire merear misericordiæ januam.

B. ABRAM, verè fidelis administrator sanctæ familiæ tuæ in monasterio de Pratea: qui ut magni nominis etymon per omnes Patriarchæ virtutes exprimeres, de nobili familia paternæ domûs egresso, una hereditas erat Paupertas. Isaacum immolavit sacrificium afflictionis spontaneæ, quâ carnem non simplici morte trucidâsti. Nec defuit clara filiorum posteritas, ex illibato puritatis flore progenita. His nimirum meritis viam tibi stravisti ad Terram Promissionis. *Impetra mihi à Deo cor fidele, id est, fide vivens, illuminatum, & ardens. Cœcum, imò mortuum est cor meum, nisi hoc vitali spiritu vivat.*

Floruit
circa
annum
1180.

Fides.

S. BERNARDUS, ser. 76. in Cant.

Quid non invenit fides? Attingit inaccessa, deprehendit ignota, comprehendit immensa, apprehendit novissima; ipsam deniq; æternitatem suo illo vastissimo sinu quodammodo circumcludit. Fidenter dixerim: *Æternam*

Fidei
vis im-
mensa.

nam

nam, Beatamque Trinitatem, quam non intelligo, credo: & fide teneo, quod non capio mente.



16. Junij. 16. Cal. Julij.

Obijt
anno
1246.

Christi
amore
saucia-
tur.

Silentio
studet:

& à B.
V. lau.
datur.

S LUTGARDIS, virgo Brabantiana: cui cum parens amplissimam dotem, cambio in dies affluente augendam, destinavisset, neque connubium tibi displiceret; Christus sui sacratissimi Lateris vulnus tibi ostendens, cor tuum adeò sui amore sauciavit; ut jam duodecim annos nata, nuptijs tuis inhiantes, fugâ ad monasterium D. Catharinæ declinaveris; & eorundem deinde insidias non sinè miraculo, ac vaticinio de mox secuto temeratorum interitu, evaseris. Sacrato virginitatis velo sub legibus Benedictinis donata, ab omni quorumcunq; hominum alloquio te abstrahens, verba cum unico Patris æterni Verbo miscebas. Cùmq; non deessent æmulæ, quæ te singularitatis, brevè evanituræ suggillarent; ipsa Regina, non solùm perseverantiæ te admonuit; sed etiam de quotidiano gratiæ divinæ augmento securam reddidit. Quin inceptarum sinistram

nistram de te opinionem prodigijs, in earum conspectu patratis, emendavit cum te in festo Pentecostes modulante hymnum, *Veni creator Spiritus*, ultra duos cubitos à terra elevatam; & aliàs tempore Vigiliarum, immensi luminis jubare rutilantem viderunt. Verum ætatis tuæ tempus hi radij illustrabant. Postquam verò Sol Justitiæ te æstiva sui amoris flamma incendit; planè, sinè fabularum commento, Solem esse in Virgine, manifestum erat. Unde, cum divinitatem quandam spirarent omnia, quæ à te fiebant, solo manuum tactu, aut salivâ (quam moniales, te non observante, ex humo studiosè colligebant) omni morborum generi medebaris. Sed quàm utile alijs tam grave tibi fuit hoc morbos sanandi donum: quòd accurrens ad petenda beneficia multitudo, te à gustu internæ dulcedinis importunè avocaret. Id ergo in alium favorem converti à dilecto flagitasti: qui in vota tua pronus, mysticos psalmorum sensus tibi aperuit: ita ut non solùm intellectu caperes, quod verba sonant, sed etiam vaticiniorum arcana, quæ ore Regij vatis Spiritus Divinus olim effuderat. Animadvertebas non fatigari, sed ad majora semper munera provocari liberalissimam

Sublimis in aère pendet:

Miracula patrat.

Psalmorum intelligentiâ donatur.

lissimam Sponsi manum: qui cùm jam ultrò promitteret, te, quidquid roga-
 veris, accepturam; nec enim esse, quod ipse tibi aut nollet, aut non posset largiri: Cor ejus Divinum, ausu simplicissimo petijsti. Illo autem tuum sibi vicissim vendicante; lis felicissimâ utriusque cordis permutatione dirempta est. Ex quo tempore nulla unquam cogitatio, quæ non cœlo digna esset, ne à longè quidem animum tuum pulsavit. Verùm quomodo cor illud Divinum in te viveret, sanguine (ut cordis est indoles) non nisi suo nutriendum? Hic iterum rarâ felicitate experta es, non defuisse cordi suo, qui non defuit tibi. Nam cùm aliquando ad decantandas noctu divinas laudes properares, in ostio Ecclesiæ te excepit in sua Cruce suspensus Servator: qui dextro brachio te suaviter amplexus, os tuum Vulneri pectorali admotum, verè torrente voluptatis, pretiosissimi cruoris sui, inprodete ebriavit. Nec ignota esse poterat, licet corpore solertissimè celares, nobilis hæc inunmiraculum. datio sacri amoris: spiritus enim, ex ore tuo emissus, balsami odorem, & humoritidem inde profluens, mellis plusquam humanum saporem spirabat. Quamvis autem omnium scientiarum thesauri in corde tuo, utpote jam sortem

*Cor suū
cum Fe-
su per-
mutat.*

*Ex La-
tere Fe-
su san-
guinem
bibit,*

*prodete
corpore
mira-
culum.*

sortem

fortem mortalium supergresso, essent
 reconditi: eosdem tamen ad sublimius *Cælestis*
 lumen elevatura DE I Sapiaentia, ad te *theolo-*
 misit dilectum suum Joannem: quem *gia illi*
 in forma rutilantis aquilæ vidisti ad *infan-*
 te pervolantem, tanto splendore pen- *diur.*
 narum illustrem; ut radios in omnem
 latè terrarum orbem diffundere vide-
 retur. Is ore suo ad tuum admoto, ve-
 rē *eloquium ignitum vehementer* pectori
 tuo instillavit. Deinceps enim homi-
 nes eruditione clarissimi sublimitatem
 sermonis tui obstupescentes, nulli hu-
 mano intellectui pervia Divinitatis ar-
 cana ex te cognoscebant. Sæviente Al- *Septem*
 bigensium hæresi, ad placandam Nu- *annorū*
 minis iram, suadente Misericordiarum *jejunii*
 Matre, septenne jejunium in pane & *suscipit*
 zytho suscepisti: non admittente ven-
 triculo quidquam alterius cibi, licet ju-
 bente obedientia sumere tentares. Ac-
 cidit per abstinentiæ illius pœnalis di- *refecta*
 es prodigium, cui simile nulli, quan- *interim*
 tum mihi constat, annales prodidere. *admi-*
 Optimus erat subinde corporis tui ha- *rabili*
 bitus, non secus, ac si lautissima men- *prodi-*
 sa fuisset apposita. Quæ res eo tantum *gio.*
 die in te fuit observata, quo è sorori-
 bus aliqua ob infirmitatem meliùs in
 cibo potuq; est habita. Sic dum te at-
 terebant mundi scelera, alebant alio-
 rum

rum beneficia, & esurie exhausta membra saginabat charitas extra naturalem (ut loquuntur philosophi) suæ activitatis sphaeram. Irretitus erat celebrer-

Alijs à rimus ea tempestate Jacobus de Vitri-
*Deo do-*aco (cui donum dicendi pro suggestu
na, licèt impetraveras) periculosis, nondum ta-
ignaris men vitiosis amoribus: quos ut ex ejus
exorat. etiam nolentis corde DEUS expelle-

ret, precibus importunis obtinuisti: prout ipse postmodum hunc extraordinariæ benevolentiae favorem, grati animi ergo, posteritati admirandum, scripto testatus est. In oratione privata adeò Divini amoris igne exæstuarere solebas; ut digiti copiosas olei guttas stillarent, salutare illis, qui in morborum medelam eas adhibebant. Moris antiqui fuerat, ut post certum annorum à tyrocinio numerum moniales publico ritu ab Episcopo consecrarentur. Quam cæremoniam cum tibi unà cum alijs sacer Antistes impenderet, visus est imponere tibi corollam auro fulgidam, dum reliquorum capita serto, ex cingulis lineis contexto ornaret. Cantantis in choro tam amabilis vox erat; ut omnium corda ad miram devotionem incenderet: modulatore nimirum utebaris Agno cœlesti; qui non rarò conspectus est sub psalmodia in

Aurea corona illi divinitus imponitur. humeris

humeris tuis quiescere. Anno ætatis vigesimo quarto in Abbatissam electa, tam graviter sub onere illo genuisti; ut post paucos menses, probante consilio ac dirigente Servatore, clandestinè (ne scilicet filiarum lacrymæ cor ab orientis expugnarent) ad Aquirense Cisterciensis Ordinis monasterium recesseris: dolore quidem incredibile illarum, quas deseruisti, sed nullo damno: precibus enim tuis (quibus apud DEUM omnia poteras) eisdem ita providisti; ut & Matrem tibi succedere dignam, & admirabile bonorum omnium augmentum nactæ fuerint. Gratulabatur intereà, ac summopere laudabat Regina cœlitum, quòd Institutum Cisterciense, singulariter sibi dilectum, fueris amplexa. In eodem te proposito confirmabant, quotidiana Angelorum præsentia, & infinita alia prodigia: quæ omnia recensere, nimis foret prolixitatis. Sic felicem animum unicus timor angebat; ne scilicet ad regendi curas te obedientia denuo compelleret: id quippe plura Galliæ monasteria expetebant: hanc tamen tristitiam sustulit cœlitus impetrata linguæ gallicæ imperitia, intrà annos quadraginta vix totidem verba capiens. Fatis ea tempestate raptus Innocentius III.

*Transiit
ad Cistercienses:*

*gratulante
Deipara.*

Præponitimes

& obicem ponit.

tristi habitu se tibi spectandum dedit.

*Juvat
animas
in Pur-
gatorio.*

At paucis inde diebus elapsis lætior redijt: postquam nempe orationum tuarum ariete, vectes ergastuli piacularis ferreos confregisti. Eâdem machinâ plurimis clausos cœlorum fores rese-

*Dæmo-
ni im-
perat.*

ravisti. Quin & ipse serpens antiquus, cùm tua illum innocentia longè à te abarceret, victorias tuas sensit in alijs. Illudebat tenebrarum ille princeps, lucis angelum mentitus, cuidam moniali: quo per spiritum cognito, nequissimum hospitem non tantùm in exilium relegâsti, sed eo etiam pro cursore

*Anhe-
lat ad
marty-
rium.*

usa, B. Simonem Conversum ex Alna pro eâdem afflictâ preces fundentem, accersisti: cum quo junctis devotionis viribus effecisti, ut illa virgo, ab uno extremo ad alterum (*Nec enim ad sapientia caducæ placita adstringuntur Influ- entia cœlestes*) felici transitu, deinceps Angeli divino lumine clari consortio gavisa fuerit. Imparia erant excelso animo tuo hæc, quantumcunque sublimia virtutis supernæ dona; quamdiu non dabatur occasio, quâ dilecto tuo Sponso Sanguinum, parem amoris vicem rependeres. Itaque crescebat in dies desiderium sustinendi Martyrij: nec desijt augeri; donec ruptâ intestinorum majori venâ, effuso undequaq; cruore

cruore vestimenta à vertice ad calcem
 usque immaduerint. Ex quo dolore *S. Ag-*
 languentem consolatus est, suis quoq; *netis*
 stigmatis rubescens, Amator tuus, pol- *marry-*
 licitus; te ex his rosis texuisse tibi coro- *rium*
 nam, quali nunc in cœlo S. Agnes tri- *sustinet*
 umpharet. Nec stetit ille sanguinis tor-
 rens; toties corpus rubeo colore tinge- *Passio-*
 re solitus, quoties Dominica Passio ti- *nem*
 bi meditationis erat materia: capillis *Christi*
 quoque eundem colorem referentibus. *medita-*
 De quibus cùm cincinnus clam te, per *ta, san-*
 vim contemplationis absorptâ, fuisset *guine*
 abscissus, tam diu rubicundus apparu- *perfun-*
 it, donec statuta horarum partitio te *ditur.*
 ad alias functiones avocaverit: rede-
 untibus illico in nativum colorem cri-
 nibus. Porrò pro communi orbis salu-
 te injunctum cœlitùs septennalis jeju-
 nij supplicium, eâ, quâ priùs, mentis *Ab An-*
 alacritate suscepisti: quo vires tuas ni- *gelis ad*
 miùm attenuante, ad Epulum Divi- *S. Com-*
 num à duobus cœlestibus ephēbis, co- *munic-*
 mitante Virginea Matre, deduci con- *nē dis-*
 specta es. Fuerit sanè corpus infirmum *citur.*
 ac languidum; sed incolume experie-
 bantur, qui ex tota Brabantia quotidie
 Aquiriam petebant, & à quacunque,
 seu animi seu corporis ægritudine, tuo
 auxilio liberabantur. Quæ tamen tam
 mirabili modo peragebas; ut ne mo-

*Oculis
orba-
tur.*

mento unico mens ab unione Divina abstraheretur. Imò cùm perennes pro mundi sceleribus lacrymæ usum oculorum aliquot ante obitum annis corrupissent, nihil hebetato interiore visu, ad cœlorum altissima, & intimos aliorum cordium recessus penetrabas.

*Tria à
Christo
ei ante
mortem
injun-
guntur*

Sub idem tempus tria tibi præstanda Christus demandavit: Ut nempe totius orbis nomine Æterno Patri, pro effusis in suas Creaturas beneficijs gratias referres: Inde, ut peccantibus veniam à Divina misericordia exorares: ac denique, cùm felix ad patriam transitus vicinus sit, ut seposito mœrore, cor tuum cœlestibus gaudijs immergens, futuræ te gloriæ præparares. Quibus fidelissimè expletis, inter lætissimos Angelorum cantus ad thalamum amantissimi Sponsi conscendisti.

*Mira-
culis
hodie
clara.*

Sanctitatis tuæ verè mirabilis memoriam hodie dum conservant innumera prodigia, quæ in supplices è glorioso tumulo diffundis. Nunquam despondet salutis recuperandæ spem æger, quamdiu à

*Spes sa-
lutis.*

medicis non denegantur remedia. Hac ego fiducia tibi gemitus meos exhibeo. Nihil tibi in terris degenti denegavit Deus; minùs denegabit jam in cœlis gloriosæ: præsertim si more consueto pro peccatoribus orans petieris animæ meæ miseræ salutem.

S. Ber-

S. BERNARDUS, ser. 83. in Cant.

Docuimus, omnem animam, licet o-
 neratam vitijs, peccatis irretitam, Pœni-
 deputatam cum his, qui inferno sunt: tentis
 banc in sese posse advertere; non mo- fiducia
 dō unde respirare in spem veniæ, in erga
 spem misericordiæ queat; sed etiam DEUM
 unde aspirare audeat ad nuptias Ver-
 bi, cum Deo inire fœdus societatis
 non trepidet.



17. Junij. 15. Cal. Julij.

B FERDINANDE, Princeps Lusitaniae, & sacrae militiae Avisiensis, anno
 sub Instituto Cisterciensi, Magister ge- 1443.
 neralis: qui à Mahumetanis per insidi-
 as in Africa captus; post multas contu-
 melias & ærumnas animo, qui regium
 Christianumque Heroem decebat, su-
 peratas, in squalido carcere vitæ simul
 & longo martyrio finem imposuisti.
 Corpus in capsâ lignea è mœnibus su-
 pensum, cœlestis per noctem splen-
 dor, aliâque prodigia illustrârunt. E-
 tiam meum vitæ cursum aliquando capsâ
 lignea claudet: in quam si me piâ novissi-

464 ANNI CISTERCIENS.

morum confidratione abjicerem, quàm salubria de instituenda vitæ ratione consilia illinc afferrem!

*Floruit
anno
1229.*

B. THERESIA: quæ soluto conubio, quod cum consobrino contrahere coacta fueras, geminam dotem, à natura & fortuna acceptam, ad monasterium Lorvaniense transtulisti. Hic suscepto Cisterciensi habitu, experimento diuturno didicisti, quanto felicius nupseris castissimo Sponso Sanguinum, quàm consanguineo. Mutuos enim utrimque amores ostendebat tum sanctimonia vitæ, tum potestas admirabilis patrandi prodigia: namq; solo amplexu claudis reddebas membrorum sospitatem: plures jamjam spiritum effluros, eodem remedio ex mortis faucibus eduxisti. Cùm deniq; non ignota obitûs hora adesset, ad Ecclesiam te duci rogans, demissis in terram genibuste DEO, sub Panis forma præsentis, dein circumstanti sororum cohorti commendâsti. Omnium ora lacrymis obruebantur: cùm tu lætissima voce canticum Marianum modulari incipiens, non antè tacuisti, quàm post illum versiculum: *Suscepit Israël puerum suum*: ubi caput manibus excipiens, exspirâsti. In eo autem corporis situ diu immobilem, odoris planè peregrini

*Prodi
giorum
modus
mira-
bilis:*

*est &
mortis.*

peregrini fragrantia, & lux cœlestis, utraque per totam domum diffusa cingebant: quibus cum recondito in terram corpusculo disparentibus, lucem aliam supplices ad sepulchrum per innumera beneficia invenerunt. *Vulgaris loquendi modus est, eum, qui vitam exiit, à morte prostratum. Sed succubuit in hoc duello prædo immanis, dum te reliquit erectam. Tu me ab animæ casu conserva immobilem. Cadat corpus, quacunque hora Deo placuerit: modò letali hostis ictu anima non prosternatur.*

Mors
felix.

S. BERNARDUS, ser. 85. in Cant. Impulsus, eversum sum, ut caderem. [psal. 117.] Impulsor diabolus est, impulsor mundus, impulsor homo. Quis iste homo sit, queris? Quisq; sui. Noli mirari. Usque adeo homo impulsor sibi est, & suimet precipitator; ut non sit, quod ab altero impulsore formides, si ipse à te proprias contineas manus.

Caden-
di cau-
sa quis-
que sibi
est.

18. Junij. 14. Cal. Julij.

BELISABETH, monasterij Schœnaugiensis Abbatissa: quæ anno 1275. ætatis

Floruit
anno
1275.

V 5

ætatis

*Rigor
vite.*

*Cælorum
arcana
inspicit*

*Multa
scribit
admi-
randa.*

ætatis duodecimo mundum valere ius-
fisti. Per totidem deinde annos, si quæ
vanitatis in te supererant reliquæ, per
exquisitos cruciatus adeò expulisti; ut
gloriarì meritò potueris, te mundo, ti-
bique illum esse crucifixum. Itaque
animus vinculis terrenis liber toto im-
petu ferebatur ad sidera, quæ quasi de-
siderijs tuis famulantia, lucem tibi præ-
ferebant, quâ, quoties volebas, oculos
ad Seraphinos usque evibrabas. Sed ne
oculi tam sublimis aspectu luminis læ-
derentur, ipsa cœlitum Regina, vel a-
lij sanctorum chori, ad te quotidie,
præsertim in diebus festivis, descende-
bant. Ex quorum colloquio admira-
bilem illam scientiam hausisti, quam
scriptis à te de rebus divinis libri expo-
nunt. Nec lingua duntaxat, sermonis
latini, sinè docente perita, prodigio-
rum erat instrumentum, sed etiam o-
culi plusquam humana acie vige-
bant; dum sacrosancti Panis Species, sub ve-
ro carnis colore & forma conspiciebas.
Quo suavissimo cibo tandem in Viati-
cum sumpto, eò perrexisti, quò te in-
gentia merita præcessere. *Hanc unam
ex libris tuis doctrinam inscribe cordi meo:
ut quoties ad sacram synaxim accedo, non
aliter me parare studeam, quàm si primo
post sumptionem momento sim moriturus.*

Hoc

Hoc exercitio diripiam morti è manu, suum amaritudinis telum, quod unum est, antecedens formido.

B. CADUCANE: cujus eruditio- Obijt
nem, non minùs claritate stemmatis, anno
quàm pietate illustrem, suspiciens In- 1225.
sula Britannicà, ad Episcopatum Ben-
chorensem evexit. Quam dignitatem
ita sustinebas; ut & oves concreditæ *Dua E-*
mansuetum, & lupi non inermem suo *piscopi*
baculo pastorem experirentur. Post la- *virtu-*
bores tandem gravissimos etiam tibi- *tes.*
met vigilaturus; relictâ Pontificali ti- *abdica-*
arâ, monachum in Dorensi cœnobio *Insulâ.*
induisti: ubi resumptis utilitatis publi-
cæ curis, stylo commendâsti, quæ pro *Libros*
suggestu olim declamaveras. Te au- *scribit.*
tem in dimisso honoris fastigio etiam
subesse didicisse, ostendit humillima
conversatio, quâ ultimæ sortis fratri-
bus inferior haberi desiderabas. In qua
pietate consenescens, mortem famâ
sanctitatis celebrem oppetijsti. *Ubique*
mibi verbis & exemplis commendatur hu- *Humi-*
mitas: jubeor esse sicut parvuli, aliàs re- *litas.*
gnum cœlorum non intraturus. Ne talia
deinceps absque fructu audiam, impetra
mibi supernè gratiam, quali te Deus do-
naverat, & sine qua me nôsti virtutem
hanc nobilissimam consequi non posse.

Humi-
litatis
enco-
mium.

*Magna, fratres, magna & subli-
mis virtus humilitas; quæ promere-
tur, quod non docetur: digna adipi-
sci, quod non solet addisci: digna à
Verbo, & de Verbo concipere, quod
suis ipsa verbis explicare non potest.*



19. Junij. 13. Cal. Julij.

Promo-
tus año
1149.

B. JOANNES: quem cum sanctus
B. BERNARDUS inter filios suos
laudatissimum invenisset, ad conden-
dam Laudem, seu monasterium Lau-
dense in Belgium misit: nempe ut tibi
majorem offerret segetem comparan-
dæ laudis. Quam copiosè collegisti re-
gimine sapientiâ & virtutibus pleno;
præcipuè fervidâ diligentia, cantandi
graviter & decorè laudes divinas: quas
æternùm cum beatorum choris modu-
laturus, feliciter ex hac vita transivisti
ad immortalem. *Doce me toto, ut ajunt,
pectore ad laudem incumbere: non quam
ab adulantium vanitate stulti venantur,
sed, quam tu tantopere amâsti, divinam,
& cui nihil præponendum, S. Regula jubet.*

Laus
divina

B. HER-

B. HERTWICE, monasterij Hemmenrodensis Prior: qui cum munus illud in magna, sed hominibus ignota, sanctimonia sustinuisset, in ipsa tandem ultima vitæ hora aperuisti, quàm te amaverint superi. Fatali enim morbo cum mox moriturus esse videreris, subito receptis viribus, orantes circa lectulum fratres ad suas quemque functiones discedere iussisti, altera die eadem horam redituros; tunc enim à Domino te ex hac miseriæ valle educendum. Rediere quidem illi statutam horam, sed non soli: suavissimus enim Angelorum cantus fratrum psallentium vocibus auditus est misceri. *Moriendi modum definit vitæ methodus. Grande, si agnosceremus, beneficium Dei, tam grave negotium arbitrio nostro relinquentis. Tu me bene mori optantem, doce bene vivere.*

Obijt
anno
1221.

Angeli
accinuit
mori-
bundo.

Mors
est echo
vitæ.

S. BERNARDUS, ser. 65. in Cant.

Qualem te paraveris Deo, talis oportet appareat tibi Dominus. Cum sancto sanctus erit, & cum innocente innocens erit. Quidni & cum amante amans, & cum vacante vacans, & cum intento intentus, & cum sollicito sollicitus?

V 7

20. Junij.



20. Junij. 12. Cal. Julij.

Circa annum 1170. **B. MACHARI**, Bonæ Vallis Conver-
Ambu- lat su- per a- quas. se: qui inter alia religiosæ vitæ do-
Obedi- entia. cumenta didicisti, Obedientiæ perfe-
 ctionem in eo sitam, ut cæcis propriæ
 voluntatis oculis, actiones ad illius
 præscriptum dirigantur. Animo itaq;
 in hac pia cæcitate firmato, cùm ali-
 quando ex agro ad monasterium pro-
 perares, fluvium latitudinis, & alti-
 tudinis spaciôsæ non aliter superavisti,
 quàm si per medios solidosq; campos
 gradereris: stupentibus, qui in vicinia
 spectabant, messoribus. *Sic nullum non
 genus incitamenti ad amandam obedi-
 entiam suppetit. Tu ora, ut juvante Divina
 gratia, rapidum voluntatis propriæ tor-
 rentem, omni pietati infestum, forti obedi-
 entia pede superem.*

Circa annum 1250. **B. BENIGNA**, Uratislaviensis mo-
 nasterij in Polonia sanctimonialis; quæ
 à Tartaris illam regionem igni ferroq;
 devastantibus capta, & cùm à Fide
 dimoveri non posses, post horrendos
 cruciatus occisa, sacrum virginitatis ve-
 lum purpurâ gloriosi sanguinis tinx-
 isti. *Fus ad cælum sinè meritis sperare, non
 spes est, sed præsumptio. Quid ergo me fiet,
 demeritis*

demeritis tam gravibus oppresso, & meritorum nullorum conscio? Unum nempe superest remedium, ut tu Deum exores ad suæ Passionis merita mihi misericorditer donanda. In hoc spem meam repono.

S. BERNARDUS, ser. 61. in Cant.

Ego fidenter, quod ex me mihi deest, Merita
 usurpo mihi ex visceribus Domini; nostra
 quoniam misericordiâ affluunt, nec ex vi-
 desunt foramina, per quæ effluant. scerib'
 Meritum proinde meum, miseratio Christi.
 Domini. Non planè sum meriti inops,
 quamdiu ille miserationū non fuerit.



21. Junij. II. Cal. Julij.

BEUSTACHI: qui in Baudeloënsi *Floruit*
 sylva, dum prima monasterij fun- *anno*
 damenta ponerentur, tum paupertatis *1197.*
 & laborum diuturnâ tolerantia, cum
 vitæ puritate meruisti inter sanctos lo-
 ci illius Fundatores, cum æterna laude
 numerari. Quàm nobile ædificium possem
 ego in corde meo Divinæ majestati constru- *Vitia e-*
 ere, si prius horridum vitiorum spinetum *radicā-*
 excinderem. Tu me in hoc non levi, ut ex- *da.*
 perior, labore sudantem adjuva.

B. CON-

Obijt
anno
1191.

S. Ber-
nardus
eum à
laqueo
liberat.

Pani-
sentia
rigida.

B. CONSTANTINE: quem mi-
rabiliū BERNARDI operum ap-
pendicem non immeritò dixerim. E-
tenim cū per Campaniæ Comitiss
sententiam publicè ad scelerum tuo-
rum supplicium ducereris, jamjam fu-
turus infamis ligni longa appendix: in-
opinatus (an fortè vaticidico suo spiritu
adductus?) BERNARDUS occurrit
pompæ ferali; funemque, qui è collo
tuo pendeat, arripit, renitente pri-
mū, mox consentiente Iudice, te ad
Claramvallem deduxit, gravioze, si
mora temporis, levioze, si modus, &
meritum spectetur, cruce suffigendum.

In eā enim ultra triginta annos con-
stantissimè perseverans, opere ostendi-
sti, felicius, versa jam vice, te illam fer-
re, quàm te ipsa portasset. Vivendi igi-
tur ista lex erat, ut præter panem & a-
quam nihil gustares: diem labores &
preces implerent: nox ternis, quater-
nisve flagellationibus, quasi totidem
vigilum militarium stationibus, distin-
gueretur: oculi denique semper in ter-
ram defixi, perpetuos lacrymarum im-
bres effunderent. Ut dubium omnino
non fuerit, te ex cruce ad gloriam, de
fletu ad gaudium, beato vitæ & mise-
riarum fine transisse. *Quis de infinita
Dei misericordia desperet, cū te ex scele-
ratissimo*

ratissimo, & jam damnato latrone, videt
mutatum esse in monachum, sanctitatis ti-
tulo dignum? Sed & quis non imitetur pœ-
nitentem, qui se noverit pariter nocentem?
Jam cœlo intulit pedem, cui pœnitentia
desierit esse amara.

Pœni-
tencia.

S. BERNARDUS, ser. 61. in Cant.

Quid enim, si multorum sim mihi
consciis delictorum? Nempe ubi ab-
undavit delictum, superabundabit &
gratia. Et si misericordie Domini
ab aeterno usq; in aeternum: ego quoq;
misericordias Domini in aeternum
cantabo.

Spes in
miseri-
cordia
DEI.



22. Junij. 10. Cal. Julij.

BARNOLDE, Villariensis Conver-
se; qui tanta severitate in gulæ vi-
tium animadvertisti, ut ex abstinentiâ
denique nata fuerit totalis inedia; sto-
macho nullos omnino cibos pacificè
recipiente. Quam ob causam cùm in
manifesto vitæ periculo, auxilia hu-
mana nihil proficerent, pio errori re-
medium cœlites submiserunt: dum se-
cundùm quietem visa tibi est S. Maria
Magdalena

Floruit
anno
1222

*Absti-
nencia
rigida.*

Magdalena leni pectoris attactu molestiam omnem abstergere. Ita viribus repente auctus ad nova prælia appetitum vocasti, escas quidem admittens, sed utque adeò modicas vilésque, ut à prodigio continuo nihil abfuerit, sic vitam sustentare. Integram nempe famem allaturus eras ad mensam cœlestem, ad quam te tandem beata mors invitavit. *Sospitatem animæ & corporis invenit, qui gula gulam fregit. Tu tange pectus meum, & move ad veræ sobrietatis, si non abstinentiæ rigidioris amorem.*

*Passus
anno
1222.*

B. SERLO, Meylosæ in Anglia asceta, doctrina & pietate insignis: quarum virtutum intuitu te B. Adamus, Cathenensis Episcopus, in coadjutorem, & Verbi DEI ministrum assumpsit. Cùmque ambo Jura Ecclesiastica strenuè defenderetis, ab impijs in vasoribus, post plagas & vulnera, in flammantem furnum injecti, pro Justitia Martyres evolastis in cœlum. Nec inulta sæviebat impietas, tortoribus illis per pavenda mortis genera illico consumptis. *Utinam dignaretur Deus cor meum injicere in ardentem furnum amoris sui! quàm gratum illi offerrem holocaustum, si redacto in cineres & nihilum omni vitioso amore, solo illo vere vitali calore viveret anima mea!*

S. Ber.

S. BERNARDUS, ser. 83. in Cant.

Solus est amor ex omnibus animæ Amor
DEI.
motibus, sensibus, atq; affectibus, in
quo potest creatura, etsi non ex æquo
respondere auctori, vel de simili mu-
tuam rependere vicem.



23. Junij. 9. Cal. Julij.

B MARIA de Ægnies; admirandæ Obijt
sanctitatis virgo: quæ sub habitu anno
& Instituto Cisterciensi solitariam vi- 1213.
tam professa, totam Leodiensem pro-
vinciam virtutum tuarum famâ reple-
visti. Felices se existimabant viri un-
dequaque clarissimi, si familiari allo-
quio tuo, per angustæ fenestræ cancel-
los frui concederetur: quos nunquam
sinè multo spirituali profectu à te di-
mittebas. Hi cùm eandem ob causam Orans
frequenter accederent, non rarò te o- eleva-
rationi intentam, & unà cum MARIA tur à
Deipara in aëre sublimem offendere. terra.
Sentiebant intereà te matrem paupe-
res, quos consilio, & auro hinc inde e-
mendicato sublevabas. Medicam ma-
num laudabant morbis desperatissimis
cruciati, quos tamen non antè donare
sospitate

476 ANNI CISTERCIENS.

*Dæmo-
nes fu-
gat.*

*S. Ber-
nardus
appa-
ret a-
tatus.*

*Præpa-
ratio
ad mor-
tem*

*Obijt
anno
1112.*

sofpitate corporis solebas, quàm illis animæ curam persuasiffes. Mulierem fortem metuebat stygius hostis, quem designatis à Servatore armis, jejunio nimirum & oratione, profligabas prohibitu. Inter innumera visa cœlestia, aspiciebas aliquando sanctiffimum Patrem BERNARDUM in eminenti quadam gloria, alis ornatum, ea specie, quâ à pictoribus Angeli repræsentantur. Cujus rei causam sciscitanti respondit: pennas illas indicare sublimem spiritum, quo inter mortales olim degens, in altiffima Scripturæ arcana, & per raptus nulli homini notos, ad Seraphinos usque pervolaverit. Felici tandem ex hac vita migrationi te quadraginta dierum ab omni humano cibo abstinentiâ præparâsti. *Doceme imitari sollicitudinem tuam, qua, te ad felicem mortis horam parâsti. Veniet, & fortè cum minimè putavero, veniet momentum, in quo sanguineis lacrymis, si daretur, unicam horam, huic negotio impendendam, emerem, quarum nunc multa millia otiosè transire permitto.*

B. FELIX: qui cum sancto Roberto ad Cistercium migrans, unum ex illis primis luminaribus eras, quæ sylvæ ignobilis tenebras converterunt in lucem magnam. Cùmque tibi morituro
sanctus

sanctus Abbas Stephanus assisteret, de tua etiam post mortem obedientia indubius, mandavit; ut mox, ubi inter cœlites fueris admissus, certum sibi referas nuncium, quidnam de S. Ordine *Obedi-*
 DE I providentia statuerit. Quod sinè *entia*
 mora præstitisti, visus illi multo splen- *post*
 dore cinctus, promitténsque brevè fu- *mortē.*
 turum ingens Ordinis incrementum.
 Atque ut te adhuc filium obedientiæ exhiberes, non nisi accepta, ut vivus consueveras, Benedictione, ad beatas sedes te recepisti. *Felix eras nomine, sed* *Obedi-*
obedientiâ felicior, utpote quæ te ad felici- *entia*
tatem æternam deduxit. Infelicia proinde *felici-*
sunt propriæ voluntatis mancipia, quæ se- *tas.*
quaces juos hîc animi libertate despoliat,
quâ nihil dulcius; & ibi flammis cruciat,
queis nihil horribilius. Clara optio, utra
sit pro duce eligenda.

S. BERNARDUS, Tr. de cõtem. mii.

Pone propriam voluntatem, & ju- *Volun-*
 gum, tam importabile, quàm mul- *tas pro-*
 tipler abjecisti. Non est dominus cru- *pria, ty-*
 delis ad illam: non est tyrannus tam *rannus*
 impius & inhumanus, sic urgens ser- *crude-*
 vum, & non parcens. Fatigatum ma- *lissim°.*
 gis instigat, subditum premit durius
 inquietũ malũ. 24, Jun.



24. Junij. 8. Cal. Julij.

Floruit circa annum 1270. **B. RAYNALDE**, cœnobij Perfigniacensis apud Cœnomanos Abbas: vir admirandæ abſtinentiæ, & ſanctitatis: qui poſt diuturnum ſolidæ virtutis experimentum, curâ aliorum humiliter ſuſceptâ, famam tam celebris ſanctimonix adeptus eſ, quæ te catalogo virorum illuſtrium S. Ordinis inferuit. *Geminum habet Deus catalogum eorum, quos elegit, innocentium nempe, & pœnitentium. Tu cura, ut alterutro inſcribi merear.*

Circa annum 1171. **B. MAURICI**: qui inter alias virtutes, quibus te ſanctus Hugo Abbas Bellæ Vallis imbuit, præcipuè imbibiti perſeverantiam in cœpta ſemel via perfectionis. Hæc tam altas in corde tuo radices egit: ut cùm longo tempore paralyſis te in Infirmatorio detineret, à communi tamen ſtatarum precum, & jejuniorum obſervantia, ne latum, ut dicitur, unguem reſceſſeris. Et ne dubitares de debita huic virtuti corona, viſi ſunt auditique Angeli, ponè mortualem lectulum, deceſſuro victori lætiſſimum pœana præcinentes. *Ab quoties Propoſitis meis ad montem vitæ in melius*

*melius mutandæ ascendi! quoties cum re-
gio Psalte dixi: Nunc cœpi! Tu fac, ut in-
firmitatem meam ad ueræ mutatio dextera
Excelsi, & perficere donet, qui velle dedit:
utrumq; enim ejusdem datoris est munus.*

Volendum
efficaciter.

S. BERNARDUS, ser. 64. in Cant.

*Quid prodest scire, quid te oporteat
facere; si non datur & velle facere?
Quid si velis quidem, & minimè pos-
sis? Quantos expertus sum, agnitâ
veritate, tristiores, & eò magis, quòd
jam confugere ad ignorantia excusa-
tionem non liceret: scientes, & non
facientes, quod Verbum hortaretur.*

Scire,
& non
facere,
res inu-
tilis,



25. Junij. 7. Cal. Julij.

B. GUILIELME, Abbas Bellælan-
dæ: qui in sæculo non sæculariter
degens, partâ per vitæ austeritatem de
illecebris carnis victoriâ, prophetiæ &
miraculorum gratiam consecutus es.
Expenfis autem periculis, inter quæ te
deprehendebas, ad sacræ obedientiæ
tutelam confugisti. Sub qua de virtute
in virtutem progrediens, ut non solo
exemplo, sed etiam dignitate cæteris
præires.

Floruit
circa
annum
1169.

præires, eorū non tam suffragia, quàm preces clavum gerere coëgerunt: quem usque ad beatum vitæ finem in summa sanctitate tenuisti. *Non deest imperandi occasio, modò non desit industria & pia voluntas, per quam regendi curas in seipsum quisque convertat. Tu hujus regni mei habenas moderare: clarus esto, timor Dei: qui si sit semper in manibus meis, felix efficiet imperium.*

Imperi-
um sui-
ipfius.

Obijt
anno
1264.

Revela-
tioni-
bus il-
lustra-
tur.

B. E V A: quæ pio amoris foedere S. Julianæ Corneliensi fueras adstricta, imò in Christo filia. Cùm enim ambigua consilij esses, an solitariam in Reclusorio vitam agere, salutis tuæ conduceret; illà suadente, & de Divina gratia securam reddente, id vitæ genus suscepisti. Ita ab hominum consortio semotam quotidie cœlites invisabant: à quibus haustam cœlestem sapientiam, ad multorum salutem dispensasti. Ipsa etiam Juliana, illud cœli delictum, haud parum à te consolationis accepit, dum grandi illo negotio de instituenda festivitate Venerabilis Sacramenti occuparetur: cujus pompam sollemnissimam, tandem à supremo Ecclesiæ magistratu decretam, illa quidem jam vivis erepta, de cœlis, tu verò superstes videre meruisti: veluti ad te gratulans Christi Vicarius Urbanus IV. epistola peculiari

peculiariter scribere dignatus est: ubi inter alia his te verbis salutatur: *Magnificet, inquit, anima tua Dominum, & exultet spiritus tuus in Deo salutari tuo, quia viderunt oculi tui salutare tuum, quod paravimus ante faciem omnium populorum. &c.* Ita DEO, Angelis, & hominibus grata & venerabilis, in supremo ætatis ac meritorum gradu, vitam mortalem continua per extremos dies meditatione Passionis Dominicæ piè clausisti. *Æternæ salutis curam abiecit, qui non sub eadem cògitatione spiritum esse flare desiderat. Ut ego mortem tuæ non dissimilem obtineam, doce me jam illud unicum salutis remedium ea pietate versare in animo, cui tu fuisti immortua.*

S. BERNARDUS, ser. 62. in Cant.

Quid enim tam efficax ad curanda vulnera conscientie vulnera, nec non ad purgandam mentis aciem, quàm Christi Vulnerum sedula meditatio?



26. Junij. 6. Cal. Julij.

B. HUGO, Hemmenrodensis mona-
che, doctrinâ & pietate celebris: qui
cùm sancti Davidis, monachi itidem
X Hemmen-

Circa ã.
1210.

Hemmenrodensis vitam stylo, & studiofa imitatione laudabiliter expressifses, ad ejusdem quoque sancti felicitatem æternam assumptus es. *Laudabile studium est, legere sanctorum vitas: sed si desit imitatio, cibus est, quem quis tantum aspicit, non comedit, parum nempe impinguandus.*

Mona-
chum
induit
anno
1150.

B. BARTHOLOMÆE, Laudunensis Episcopo: qui cum totos ferme quadraginta annos, magno labore, parique fructu, Ecclesiam tuam rexisses: vitæ reliquum tuæ solius curæ impensurus, in Fusniacensi cœnobio Institutum Cisterciense amplexus es: ubi sanctimonia tua in ipso statim probationis anno per revelationes cœlestes eluxit: è quibus illa sæpius occurrit de ijs, qui tardiùs ad communem orationem accedebant: hos enim à maligno, sub mauri specie, retrahi videbas. Meritò

Dæmo-
nem
videt.

Diligē-
tia in
opere
DEI.

me terreat, atque ad majorem in opere divino diligentiam excitet tam turpis pedissequus: qui licet se non semper exhibeat in spectabili larva, procul dubio tamen pigris se ducem impigrumq; eomittem jungit.

S. BERNARDUS, ser. 85. in Cant.

Resistite diabolo, & fugiet à vobis. [Fac. 4.] Iste est, qui stantes in paradiso impulit, & evertit; sed consentientes,

sentientes, non resistentes. Iste est, qui seipsum de cœlo superbus, nullo impellente, præcipitavit: ut scias, multo magis hominem suiipsius casui imminere, quem propria substantiæ pondus gravat.

Casum
sibi de-
bet pec-
cator.



27. Junij. 5. Cal. Julij.

B. RODOLPHE: qui ex monasterio Berdonensi cum fratrum cohorte ad locum, Cantavos dictum, emissus, fideles tuâ sanctimoniâ ad multam liberalitatem provocâsti: quorum auxilio insigne ibidem cœnobium condidisti; ac prudentissimo regimine dignis tam ædificijs, quàm inquilinis auxisti. *Castella validissima sunt Religiosa domus, in medijs mundi turbis ad quietem & salutem animarum erecta. Felix, qui se intra munientiam continet, infelix, qui sese in interitum sponte præcipitat.*

Floruit
anno
1150.

Securi-
tas vitæ
& religio-
sæ.

B. DANIEL: qui officio Prioris in Valle S. Petri tanta sanctimoniæ laude perfunctus es, ut postmodum tua te merita ad Abbatialem dignitatem Schonaugiensis monasterij evexerint. Ubi omnibus virtutibus pastore dignis

Floruit
anno
1203.

dignis inclytus, nunquam ad tremendum Sacrificium accedebas, nisi animo ab omnibus curis exonerato, & conscientiam per intimos angulos discussam. Accidit autem, ut post prolata sacrosancta verba clarè videres, Calicem non vini speciebus, sed vero sanguine impletum: cujus rei admiratione aliquamdiu suspensum tenuit, metuentem, ne erubescendum aliquid in te hic rubor argueret. Sed cum post diligens examen nihil deprehendisses, adorasti cœlestem favorem, sumptoque pretiosissimo nectare, tantam in animo sensisti dulcedinem, ut in alium omnino hominem tibi videreris esse mutatus. *Impetra mihi à Deo lumen, quo spissas conscientie meae tenebras introspiciam, praesertim cum ad sacrosancta mysteria accedo. Pavendum fulmen est, quo Apostolus discutere sese ac probare omittem, reum Corporis & Sanguinis Domini pronunciat.*

S. BERNARDUS, ser. 55. in Cant.

Seipsū
judicās
à DEO
non ju-
dicatur
Scrutabor ego vias meas, & studia mea; quò is, qui scrutaturus est Jerusalem in laternis, nihil inscrutum in me sive indiscussum inveniat: neque enim judicaturus est bis in idipsū.

28. Junij



28. Junij. 4. Cal. Julij.

B. MALCHE: qui cùm duplici infir- *Floruit*
 mitate laborares, mentis scilicet & *anno*
 corporis, illam maligni illusionibus, *1139.*
 hoc æstu periculosæ febris, occupanti-
 bus: superveniens S. Malachias, te ab
 utraque molestia liberavit. Eundem
 medicum tuum deinde ad Claramval-
 lem secutus, quàm solidè convalueris
 admiranda vitæ sanctimonia & mira-
 cula demonstrârunt. *Tu scis, quoties ge-*
mens exclamem: Non est sanitas in carne *Sanitas*
mea, non est pax ossibus meis à facie pecca- *animæ.*
torum meorum. Tu ergo pro restituenda
mihî plena sanitate medicum illum exora,
qui de cælo descendit, ut sanaret omnes.

B. GUDA, monasterij de Hovenes *Circa*
 Soror Conversa: quæ tempore à coqui- *annum*
 næ laboribus vacuo, pium Mariæ oti- *1180.*
 um orando, de cætero Marthæ seduli-
 tatem humiliter famulando exercuisti,
 utrobique dilecti JESU præsentiam
 experta. Nam in opere manuali sæpe
 visus est sub forma duodecennis pueri
 tecum familiariter colloqui, & in adju-
 mentum laboris manus commodare.
Optima est conjunctio Mariæ & Marthæ
Hujus personam agit in homine Voluntas,

X 3

illius

486 ANNI CISTERCIENS.

illius Ratio. Utramque tu iuva: & Rationi quidem, ad pedes Jესu per contemplationem sedenti, lumen impetra, Voluntati vires, ut bene cognita fortiter impleat.

Lumen S. BERNARDUS, ser. 85. in Cant.

Ratio-
nis,
& Vo-
luntatis.

Non parum profecit anima tua, cujus immutata voluntas, cujus illuminata ratio est: ut bonum & velit & noverit. In altero vitam, in altero visum recepit: nam & malum volendo mortua erat, & bonum ignorando caeca.



29. Junij. 3. Cal. Julij.

Obijt
anno
1132.

B PETRE, Archiepiscopo Tarantasiæ: qui à S. Stephano ex Cistercio ad condendam Firmitatem cum alijs emissus, Prioris officio tanta perfectione functus es, ut communi suffragio Abba i primo successeris. Doctrinæ autem & sanctimonix tuæ famâ in regiones longè distitas diffusâ, brevî à Clero Tarantasiensi ad Archiepiscopalem sedem vocatus; adeoque primus eras, qui humili Cisterciensium cucullæ imposuit publici honoris Insignia. Reportatum ex paucorum annorum regimine

regimine celeberrimum nomen, præter miracula, tam in vivis, quàm post obitum, à te patrata, successor illustrius effecit; ea ratione, qua ex noctis opaco æstimamus splendorem solis. Is enim vitiosè intrusus, ac luxui deditus, pretiosa templorum ornamenta, amplos pro juvandis egenis proventus, aliáq; per industriam tuam comparata bona, nefariè dilapidavit: relictâ novi laboris segete Magno illi Petro, qui è Stamedio, Cisterciensis itidem Ordinis cenobio assumptus, & huic Iurconi fuit subrogatus. *Malè queror de hujus vitæ brevitate, cùm tuo me exemplo doceas, modo dico temporis intervallo ingentia bona à non deside posse comparari. Quàm dulcis erit morienti memoria bene impensæ temporis, quàm amara neglecti!*

Pretium
tēporis
æstimā-
dum

B. CUNO, monache Hemmenro-
densis: qui acquisitam inter beatos
gloriam tuam B. Isembardo, ejus loci
Sacristæ demonstrâsti. Fulgebas in ve-
ste candida, radios instar solis emitten-
te: cujus splendoris causam esse dice-
bas: quòd te ab omni vel minimo næ-
vo servare studueris immaculatum; si
quid tamen per inadvertentiam irre-
pserit delicti, illud mox rigidâ pœni-
tentiâ castigaveris. *Unica stilla de con-
trito corde expressa, plus modò habet viri-
tis*

Appa-
ret glo-
riosus.

Qui hinc flebit, ibi ridebit. ad delenda peccata, quàm in orbe altero habiturus sit integer lacrymarum oceanus. Cur ergo nunc rideo, ut æternùm fleam, & non potius per momentum gemo, ut æternùm rideam?

S. BERNARDUS, ser. 75. in Cant.

Operandum est dum lucem habemus. Nunc tempus acceptabile, nunc dies salutis sunt: tempus planè & querendi, & invocandi: quando plerunq; & antequam invocetur, adesse sentitur. Quòd si per bona opera queritur Deus, ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes; præsertim cùm Dominus apertè pronunciet: venire noctè, quando nemo potest operari.



30. Junij. Pridie Cal. Julij.

Obijt anno 1228. BARNULPHE, Villarij Converse: qui cùm primos juventutis annos, per assuetam illi ætati levitatem transigisses; inspiratione divina mutatus in alium, malè perditum temporis jacturam rigida carnis castigatione, vigilijs, alijsque Christianæ pietatis operibus resarcire conatus es. Non omisit hos labores

bores intervertere hostis humani generis, immisâ Cypride, quæ te de castro pudoris dejiceret. Sed unius fugæ ad Villarium compendio, & Venerem, & ejus nutricem mundum triumphâsti. Ubi numero Converterorum adscriptus, cùm cæteræ actiones præferrent rudem simplicitatem; in inveniendis tamen afflictationibus mirè exercebas ingenium. Nam fune ex fetis equinis in multos nodos contorto, corpus ita constringebas; ut scissum continuato vulnere corpus vermibus scateret. Ex quorum fætore te alijs gravem esse videns, mutâsti armorum genus. Flagra calcaribus gravia successere; quibus te quotidie non tam cædere, quàm discerpere, inflictis plerunque bis mille validissimis ictibus, videbaris. Ex tot tamen vulneribus ne cicatrix quidem in sequentem diem remansit; sed post modicam quietem integer surgebas; cœlo vires ad nova prælia reparante. Hæc tyronis exercitamenta monstrabant, quid sit à veterano expectandum. Converterorum itaque laboribus destinato, summa curarum erant egeni: sub quorum persona Christum, non secus ac Magi in paupere præsepio, venerabaris. Ex innocentia fonte promanâsse hunc amorem, ipsa etiam bruta, tibi

*Fugit
mundi
pericula.*

*Admirabilis
potius,
quàm
imitabilis
austeritas.*

*Charitas in
pauperes.*

*Bruta
habet
obse-
quētia.*

ad nutum obsequentia testabantur. Id præter alia complura duo porci notissimum fecere, quos currui injectos, intrâ monasterij septa silere jussisti; datâ per agros altum grunniendi licentiâ, donec proximi pagi pauperibus victima fierent: stupentibus, qui spectaculo jucundo aderant. Aliàs accu-

*Innocēs
pœnam
sustinet* satus de nimia in pauperes profusione, sistebaris Abbati (sinè cujus tamen assuetudine sensu, non omnibus noto, ne micam elargitus es) hujus criminis reus: qui & datę facultatis, & virtutis tuę conscius, te coram deferentibus acriter corre-

*recrea-
tus cœ-
litus.*

ptum, extra monasterium obscuro carceri inclusit. In cujus tenebris tanta luce perfusus es, quâ majorem non poteris optare: dum Electa ut sol Virgo Mater Puerulum JESUM tibi obtulit brachijs & osculis premendum. Hic

*Animi
fortitu-
do mi-
ra:*

prodidit sese rarę fortitudinis animus tuus, nullo, quàm patiendi ardore succensus. Vix enim sinu receperas suavissimum donum; cùm mox ad Deiparam suspirans: *Tolle, exclamabas, ô Domina, tolle à me hoc gaudium: sufficit mihi in hac vita ipsius gratia; hæc in alteram reservemus. Quid enim deinceps paterer, cùm hujus inundatio gaudij pellat à me omnem sensum doloris?* Exinde nulla præterijt dies, quâ Virginis amabilissimæ

animæ præsentia te non consolabatur: idque vel maximè, quando precibus tuis miscebas septem lætitiæ causas, quas illi cum mortalibus degenti creabant, [1.] Salutatio Angeli, ac [2.] Elisabethæ: [3.] Partus virgineus, [4.] Adoratio Magorum: [5.] Justi Simeonis oraculum: [6.] Gloria Resurgentis, ac [7.] Paternam dexteram repetentis Filij. Grata erat Angelorum Reginæ hæc tua devotio: sed æquè acceptum sibi fore pietatis obsequium, tedocuit, si per totidem capita, illius in cœlo felicitatem recoleres. Ignorantiam verò fatenti, hæc esse, recensuit. Primum, aiebat, est triumphus, quem curia cœlestis mihi adornavit ad sedem, DEO proximam, cum anima & corpore assumptæ. (2) Luminis immensitas; quâ totum à me cœlum illustratur. (3) Tituli honoris post DEUM summi. (4) Unio arctissima voluntatis meæ cum Divina. (5) Securitas obtinendi à DEO, quidquid petiero. (6) Infinitus animarum numerus per auxilia mea choris Angelorum adjunctus. (7) Quia certa sum, gloriam meam non solùm non minuendam, sed per omnes temporis revolutiones augendam fore. Ut verò preces tuæ, etiam his mysterijs quasi conditæ, minùs vacuæ redirent; per

*Septem
Mariæ
gaudia
terrena*

*totidem
cœlestia*

*Alijs
intima
cordis
eorum
secreta
aperit.*

*Novi
iterum
crucia-
tus.*

ejusdem Magistræ tuæ sacratissimas manus DEO offerebas. Quas ad votum tuum exaudiri sentiebant, quotquot se tuæ devotioni commendavere: sive in corporis sive in animi morbos remedium quærebant. Accurrebant autem quotidie plurimi; quibus conscientias suas ita ante oculos ponebas, ut secretorum suorum majorem à te notitiam, quàm à seipsis haurirent. Tot te consulentium desideria ut implere commodiùs valeres, visum est moderatoribus tuis, te à manuum labore omnino absolvere. Sed in hoc otio primas sibi partes vendicavit patientiæ negotium. Cùm enim communium afflictionum, diri licèt dolores, tuo patiendi desiderio tandem viles, & virili animo nimium molles viderentur; loricam squammis & catenulis contextam nudo corpori ita adstringebas, ut rubigo per sanguinis humorem generata cutem ad ossa usque exederet. Illam porrò membrorum partem, ab hoc tormento liberam, erinacij pellibus vestiebas: assumptis etiam in cruciatûs instrumenta spinarum aculeis, quos è sylvis non sinè delectu comportatos, aut sub vestibus abdere, aut in lectulum componere solebas: Cibus denique talis erat, quem vix non
canes

canes famelici nausearent. Quemadmodum verò supra vires humanas fuerat tam multiplex & acerba tortura; ita supra communem mortalium sortem superni luminis torrente anima perfundebatur. Languebas aliquando non tam defectu virium, quàm amoris divini incendio, & flammea quadam cupidine fruendi Christo. Neque frustravit te desiderio animæ pijsimus Consolator, qui tibi in ea forma, quâ *Illi à Christo* olim in terris videri voluit, assistens, *revelatur gloria Beatorum* jussit oculos in altum evibrare, Electorum in cœlo gloriam intuituros: cùm *via Beatorum* verò ad altius quidpiam te aspirare diceres; Augustissimæ Matris suæ thronum in eminentiore scena exhibuit. *Mariæ* At ne sic quidem satiato, intimum Divinitatis thesaurum referavit, dum in luce, jam non inaccessibili, sed clarissima, ipsam DEI majestatem spectandam concessit. De qua visione cùm ad *SS. Trinitatis.* omnium stuporem subtilissimè soleres differere; non se continuit Doctoris cujusdam pia curiositas, quin per colloquium rei veritatem exploraturus, Villarium properaret. Qui postquam ad difficillimas quæstiones responsa audivit, omni expectatione majora; à te digressus publica voce fassus est: verissimè in te comprobari Servatoris o-

raculum: *Quia abscondisti hæc à sapientibus, & revelasti ea parvulis.* Hoc imminentis Visionis de facie ad faciem præludium fuit. Nam non multi postmodum dies elapsi sunt, cùm præcognitâ mortis horâ, Ecclesiæ Sacramentis præmunitâ, genibus humi positus, ter geminato suspirio animam emisisti. *De plenitudine supereffluentium in te cæli favorum adjuva infirmitatem meam. Nihil Divinæ Gratiæ est impossibile. Hæc animam meam, etsi millies mortuam, eruet etiam ex inferno inferiori.*

Gratia
DEI.

Fides
facit
hominem
omnipotentem

S. BERNARDUS, ser. 85. in Cant.

Omnia possum in eo, qui me cõfortat. [*Philp. 4.*] *Nihil Omnipotentiam Verbi clariorem reddit, quàm quòd omnipotentes facit omnes, qui in se sperant. Denique omnia pssibilia sunt credenti, An non omnipotens, cui omnia sunt pssibilia?*

FINIS PRIMÆ PARTIS

OMNIA AD MAJOREM DEI,
Beatissimæ Virginis MARIÆ, &
Sanctorum CISTERCII
Gloriam.

INDEX



INDEX NOMINUM.

Numerus paginam indicat.

A

A Braham Abbas Prateæ.	453
Abundus monachus Villarij.	199
Adam Episcopus Sylvanectensis.	377
Adam Abbas de Trappa.	354
Ægidius Abbas de Baudeloa.	83
Agnes monialis Corneliensis.	60
monialis in Germania.	141
de Castillo.	232
monialis de Rameya.	452
Ailredus Abbas Rievallis.	30
Alachrinus Episcopus.	14
Alardus monachus in Luka.	5
Albericus Abbas Cistercij II.	70
Albertus Episc. Rigensis.	419
Aldebertus Abbas Taroucæ.	304
Aleidis monialis Westphaliæ.	99
Mater S. BERNARDI.	198. 247
monialis Camerae MARIÆ.	442
Abbatissa Vallis Ducis.	350
Alexander Abbas Beili Loci.	99
Alexander Rex Scotorum.	341
Algotus Episcopus Curia.	49
Amadaeus monachus Bonæ Vallis.	40
Ambrosius Abbas Ferrariæ.	333
Andreas S. BERNARDI Germanus.	250
	Andreas

INDEX

Andreas monachus Clarævallis.	150
Andreas monachus Rivi Sicci.	158
Angelus de Victoria.	270
Antonia Abbatissa Tolosæ.	306
Anna Abbatissa Pondunij.	167
Arnoldus Conversus Villariensis.	473
Arnoldus Conversus Strombergens.	146
Arnulphus Abbas S. Bernardi.	166
Arnulphus Conversus Villariensis.	488
Atcelina Abbatissa Polengerij.	381
Aymo monachus Savigniacensis.	230
B	
Bartholomæus Abbas Populeti.	147
Episcopus Laudensis.	482
Beatrix monialis Spinosi Loci.	56
Benedictus Patriarcha.	206
XII. Pontifex Max.	311
monachus Alvastræ.	212
Benigna Virgo, & Martyr in Polonia.	470
Berengaria Regina Lusitaniæ.	173
S. P. N. BERNARDUS Sanctorum Canonis adscribitur. 51. Lactatur à B. V. 369. Am- plexatur Christum. 213.	
Bernardus Abbas Cistercij XII.	1
Abbas Taroucæ.	326
Cardinalis.	337
Episcopus Lealhenfis.	64
Episcopus Nannetensis.	214
de Escobar Abb. Montis Sion.	117
monachus in Gallia.	20
monachus Cistercij.	178
Bernardus	

NOMINUM.

Bernardus monachus Villarij.	293
Confessor Salsiniæ.	43
Bernarda Abbatissa de Olmedo.	243
Bertradis Reclusa.	120
Bertrandus Abbas Firmitatis.	269
Blasius Abbas Hortæ.	219
Bonifacius Episcopus Laufannæ.	131
Prior Villarij.	428
Bonus Abbas de Custodia DE I.	160
Boso monachus Clarævallis.	57
Bruno Archiepiscopus Coloniae.	309
Confessor Parisiensis.	74
Burchardus Abbas Balernæ.	297
C	
Caducanus Episcopus Benchorensis.	467
Cæfarius Prior Villarij.	143
Candidus monachus Nucalensis.	339
Carolus Abbas Villarij.	76
à S. Bernardo, Fulienfis.	185
Catharina monialis in Germania.	68
Judæa monialis Parcæ Domin.	345
Christianus Episcopus Hiberniæ.	197
monachus Heisterbacens.	95
monachus Hemmenrod.	97
Christina monialis Nazarethana.	175
monialis S. Waldburg.	282
Cisinandus monachus Taroucæ.	10
Conradus Dux Baviariæ.	195
monachus Hegenæ.	418
Constantius monachus Clarævallis.	193
Constantinus Conuersus Clarævall.	472
Cunanus	

INDEX

Cunanus Abbas Marganensis.	44
Cuno monachus Hemmenrod.	487
D	
Daniel Abbas Schœnaugiæ.	483
Didacus Episc. Oxomens.	15
Didacus Convers. Vallis Paradisi.	344
Desiderius Convers. Clarævall.	145
Dominicus Martinez Abb. Alcobaciæ.	75
E	
Eberhardus Abbas in Salem.	279
Convers. Hemmenr.	295
monachus Villarij.	53
Ebrardus Comes Montens.	205
Edilwaldus Eiscopus.	15
Edmundus Archiepisc. Cantuar.	141
Eiso Abbas Claricampens.	218
Ela monialis de Lacok.	88
Eleonora monialis de Castris.	144
Elisabeth de Wans monialis Aquiriæ.	17
monialis Castrens.	161
Abbatissa Schœnaugiæ.	464
Emebertus monach. Clarævall.	203
Ericus Rex Danorum.	273
Emmanuel monach. in Frisia.	112
Ermengardis Comitissa Britannia.	438
Ermentrudis Abbatissa in Deitkirch.	411
Ermentrudis monialis Corneliensis.	260
Eskyllus Primas Daniae mon. Clarævall.	265
Eustachius Abbas Hemmenrodens.	176
mon. Trium Fontium.	182
monachus Sueciæ.	225
Eustachius	

NOMINUM.

Eustachius monach. de Baudeloa.	471
Eva Reclusa Leodiensis.	480
F	
Fastradus Generalis VII.	300
Felix monachus Cistercij.	476
Ferdinandus Princeps Lusitaniæ.	463
Franca Abbatissa Valeriæ.	313
Francisca mon. Villeriens.	117
Franciscus Fuliensis.	159
Franco Abbas Domûs DE I.	334
Frowinus Abbas in Salem.	126
Fulco Abbas Dunens.	416
G	
Galdericus mon. Clarævall.	125
Galterius Generalis XX.	55
Convers. Clarævall.	359
Gelasius Abbas in Anglia.	176
Genta Abbatissa Vall. Floridæ.	215
Gerardus Abbas Longi Pont.	317
S. P. N. BERNARDI German.	447
monachus Signiaci.	307
mon. Clarævall.	164
Convers. Villarij.	362
Portarius Clarævall.	243
Gertrudis Abbatissa Trebiniaci.	195
Gilbertus Abbas in Anglia.	107
Abbas Suinshetens.	399
Gilda Priorissa de Pennebek.	115
Giomaria conversa Lorvaniens.	245
Gisilbertus Abbas Hemmenrodens.	379
Gobertus convers. Villarij.	351
	Godefridus

INDEX

Godefridus à S. Mauro, Fulienf.	7
de Perona, Prior Clarævall.	47
Sacrista Villarij.	238
Godeschalchus mon. Vallis S. Petri.	168
Goduinus mon. Clarævall.	282. 398
Goswinus Generalis V.	237
Gregorius mon. Villarij.	179
Gualterus de Birbach mon. Hemmenr.	61
de Spek mon. Rievallenf.	223
Guarinus Abbas Alpium.	101
Episc. Bituricenf.	285
Guda Conversa in Hovenes.	485
Guido Abbas Floridi Campi.	65
Generalis XV.	390
mon. Clarævall.	444
S. P. N. BERNARDI German.	365
Guilielmus Abbas Bellælandæ.	479
Fontanenfis.	428
Clarævallis.	261
Wallenfis, Martyr.	180
S. Theoderici.	23
Guilielmus Archiepisc. Bituricenf.	24
à S. Alexio, Fulienf.	50
Dux Aquitaniæ.	109
mon. Oliveti.	III
mon. Clarævall.	284
Walchæus, Episc. Midenf.	9
de Monte Pessulano.	263
monachus Villarij.	398
mon. Clarævall.	375
Conversus Heisterbacenf.	405
Gumarus	

NOMINUM.

Gumarus monachus Villarij.	193
Gundifalvus Abbas Azebeyri.	430
Gunzelinus Abbas Morerolæ.	249
H	
Heiliga Reclusa in Germania.	43
Helenâ monialis Cellens.	408
Helinandus mon. Frigidi Montis.	92
Helsuindis monialis S. Salvat.	394
Henricus Cardinalis Episc. Albanens.	4
Abbas Vitæ Scholæ.	113
Abbas Loci S. Bernardi.	211
de Marilis, monachus Villarij.	170
Dux Burgundiæ, mon. Cisterc.	172
Rex Galliæ, Archiep. Rhemens.	401
mon. Veteris Montis.	39
monachus Anguli.	39
mon. Hemmenrod.	303
convers. Villarij.	257
monachus Camberonæ.	352
Contractus, monachus Clarævall.	54
Herbertus Abbas de Moris.	154
Hermannus Abbas Hemmenrod.	413
convers. Aquiriæ.	163
convers. Villarij.	257
convers. Hemmenrod.	413
Hertwicus Prior Hemmenrod.	469
Hilarius mon. Bonævall.	274
convers. Morerolæ.	426
Hildegundis Schœnaugiens.	299
Himmana Abbatissa Salsiniæ.	179
Honoratus convers. Clarævall.	309
	Hostradus

INDEX

Hoftradus Abbas.	6
Hubertus Episc. Nepens.	305
Hugo Abbas Bonævallis.	191
Abbas Nucariæ.	204
monachus Valcell.	229
de Monte felici, mon. Claræval.	156
monachus Hemmenrod.	483
I	
Jacobus Abbas Grandipratens.	22
Generalis XXI.	294
mon. S. Galgani.	410
mon. Vall. S. Lamberti.	16
de Rupe, Fuliens.	393
Ida Abbatisa Argensolij.	11
Ida Lovaniensis.	275
Idesbaldus Abbas Dunens.	294
Ignatius Abbas Morerolæ.	90
Ildebrandus Convers. Martyr.	271
Joachim Abbas Curatij.	385
Joannes Abbas Casæmarij.	123
Abbas wallens. Martyr.	175
Abbas Gradimontens.	438
Abbas Laudens.	468
Generalis XXX.	222
Episcopus Mithelens.	298
Episcopus Valentiaæ.	315
Episcopus Eliens.	434
Convers. Villarij.	138. 312
Prior Corneliens.	2
mon. Clarævallis.	279
monachus Villarij.	258. 364
	Joannes

NOMINUM.

Joannes à S. Hieronymo, Fulienfis	26
de Jardin monachus Villarij.	68
de Craticula Episc. Alethenfis.	87
Barrerius, Generalis I. Fulienf.	325
monachus Bonæ Vallis.	189
Joseph à S. BERNARDO, Fulienfis.	431
Joseph Schonaugiæ. <i>vide.</i> Hildegundis.	
Issembardus monachus Hemmenrodensis.	136
Iveta Reclusa Hojenfis.	34
Juliana monialis Montis Cornelij.	251
Julianus monachus Clarævallis.	177
Justus monachus Montis Sion.	219

L

Laurentius Abbas Villariensis.	378
Lifardus Conversus Hemmenrodensis.	424
Ludovicus de Estrada, Abbas Complut.	422
Lutgardis monialis Aquiriæ	454

M

Macharius Conversus Bonævallis.	470
Mafalda Regina, monialis Aroucæ	339
Malachias Martyr in Hyberniâ.	385
Malchus monachus Clarævallis.	485
Mamertus Abbas S. Petri.	177
Margaritha Abbatissa Vallis Ducis.	426
monialis Vallis Rosarum.	374
monialis de Rameya.	382

MARIA Deipara servat Camberonam.	228
de Ægnies Reclusa.	471
de Christo monialis Abulensis.	217
à Matre DEI, Abbat. de Pinto.	82
monialis Dunemarchensis.	171

MARIA

INDEX

MARIA monialis Walencuriæ	439
Conversa Lorvaniensis.	303
Martinus Sacerdos, Episc. Seguntinus.	347
Martinus de Vargas, Reformator Hispan.	421
Martyres Aulæ Regiæ in Bohemia.	372
Novæ Vallis.	90
in Germania sub Friderico Imp.	272
Zedelizenses in Bohemia.	207
Cuprunicenses in Polonia.	420
Templarij in Palæstina.	450
Calatravæ in Hispania.	130
Cellæ MARIÆ in Germania.	108
Mauricius monachus Bonævallis.	478
Mechtildis Abbatissa in Fuesenek.	149
Medardus Abbas de Moris.	436
Mencia Abbatissa de Arroyo.	451
Menegoldus Abbas S. Georgij.	127
Michaël Triquier. mon. Fontis Danielis.	58
N	
Nicolaus Abbas Villarij.	409
Abbas Andreoviensis.	446
Fage. episcopus Waterfordiæ.	171
monachus Igniacensis.	113
monachus Villarij.	114
Nivardus S. P. N. BERNARDI German.	103
O	
Odo Subprior Clarævallis.	128
Opto Conversus Hemmenrodensis.	444
Ozilia monialis Corneliensis.	7
P	
Patricius Martyr in Hybernia.	385
	Paulus

NOMINUM.

Paulus monachus S. Lazari.	225
Pavonius monachus in Luka.	106
Petrus Archiepiscopus Tarantasiæ. 355.	486
Abbas Armenteræ.	3
Abbas Novæ vallis.	440
Abbas Sineronensis.	185
Episcopus Claromontensis.	242
Generalis XIV.	224
monachus Cistercij.	419
monachus Caduini.	21
monachus Clarævallis.	363
de Confluentia, mon. Hemmenr.	28
Tolosanus monachus Clarævallis.	139
Prior Alvastræ.	351
Prior Dunensis.	93
de Castro novo, Martyr.	481
Marginet, monachus Populeti.	220
Lusitaniæ Princeps mon. Alcobac.	361
Catalaunensis, mon. Clarævallis.	372
Cantor, monachus Longi Pontis.	384
à S. BERNARDO, Fulienfis.	217
Conversus Villarij.	83
Conversus Dunensis.	408
Conversus Bonæ Vallis.	169
Placidus à S. Mauro, Fulienfis.	45
Quadratus, Abbas Bonæ Vallis.	142

R

Rachel. <i>vide</i> , Catharina Judæa.	
Radolphus Abbas Godonij.	21
Radulphus Abbas Clarævallis.	165
Raymundus Abbas Fiteriensis.	187

Y

Raynal-

INDEX

Raynaldus Abbas Fusniaci.	318
Abbas Perfigniæ.	478
monachus Clarævallis.	233
Rembertus Conversus Villariensis.	78
Reinerius Conversus Villariensis.	104
Reinerus Prior Clarævallis.	441
Richardus Abbas Valcellensis.	77
Richardus Abbas Fontanensis.	375
Robertus Institutor Ord. Cisterc.	209. 328
Abbas Novi Monasterij.	432
Prior in Cistercio	153
Rodolphus Abbas de Cantavos.	483
Rodolphus Conversus de Luka.	403
Rogerus Abbas Loci Regij.	110
Rolandus Abbas Cheseriaci.	46
Ruandus Episcopus.	216

S

Sacerdos. <i>vide</i> , Martinus Episc. Segunt.	
Salomon monachus Hemmenrodensis.	22
Sanctia Regina Lusitaniæ.	181
Sapientia Abbâtissa Corneliensis.	236
Sapientia monialis Rameyæ.	336
Sauliensis Abbas Martyr.	162
Serlo monachus Meylrosæ.	474
Siffridus monachus Heisterbacensis.	122
Sigerus monachus Hemmenrodensis.	429
Simplicius monachus Bonæ Vallis.	157
Stephanus Abbas Cistercij III.	226. 287
Abbas Obacinæ.	319
Episcopus Cardinalis Prænest.	116
Archiepiscopus Cantuariensis.	327
Stephanus	

NOMINUM.

Stephanus Abbas Martyr.	271
Stephanus monachus Alvastræ.	355
Stepo Sacellanus S. Salvatoris.	412
Sylvanus Abbas Rievallis.	285
Sylvanus monachus Clarævallis.	129
T	
Teresia Regina Arag. Abbatissa Gradef.	364
Teresia monialis Lorvaniensis.	464
Tesselinus, Patens S. BERNARDI.	396
Theobaldus Generalis XXVII.	126
Theobaldus monach. Villarij.	50
Theodardus monachus Caræ Sylvæ.	57
Theodericus monachus Novi Castri.	151
Theodericus monachus Eberbacensis.	273
Thomas Eremita in Anglia.	163
Thomas monachus Villarij.	204
Thomas monachus Dunensis, Martyr.	371
Torphimus Episcopus Humariensis.	19
U	
Udalricus Abbas Cæsariensis.	135
Vincentius Archiepiscopus Cracoviensis.	105
Vitavienses Virgines Martyres	72
Vitalis Conversus S. Sulpitij.	118
Villarienses monachi Translati.	49
Villarienses monachi Beatificati.	227
Vivianus Abbas Altæ Cumbæ.	391
Ulboldus Conversus Veteris Montis.	73
Ulricus Abbas Villarij.	2
Ulricus Eremita in Anglia.	183
Urraca Abbatissa Cannensis.	435
Urraca monialis Barrensis.	22
Y 2	
	W

INDEX

W

Walterus Conversus Meylrosæ.	348
Walterus Conversus Villarij.	234
Walterus monachus Clarævallis.	430
Wernerus Prior Hemmenrodensis.	297
Wernerus Prior Alnensis.	367
Wulfridus monachus Stratæ Floridae.	119



INDEX

SENTENTIARUM S. P. N.

BERNARDI,

ad singulos dies appositarum.

A

A Bnegatio sui.	57
Actionum puritas. 68, earū regula triplex.	139
Æterna meditati, facilis afflictio temporalis.	211
Amor DEI. 145. solus respondet beneficijs.	475.
Anima amans, sponsa Christi. 11. 451. anima Ju- sti est coelum. 176. animæ sponsus cur amād ⁹ .	407

B

Baptismus alter est Religio.	397
Bona coram hominibus providendi modus.	162

C

Cadendi causa quisque sibi est.	465. 482
Carnis infirmitas est robur spiritūs.	300
Castitatis encomium	262
Christus est Sapientia, Veritas, & Virtus. 237. nos ad se trahit suis beneficijs. 304. quomodo aman- dus	

SENTENTIAR. S. BERNARDI.

du. 308. est origo scientiarum. 383. ejus mansuetudo attrahit peccatores. 279. ejus mors est medicina vitæ. 399. ejus exemplo incitamus ad pugnam. 362.

Circumcisio duplex.	5
Cogitationes bonæ inventu faciles.	76
immundæ, à longè excludendæ.	167. 186
Cognatio sui. 287. 306. Compunctio duplex.	247
Compatiendum est, conregnare volenti.	150
Conversio peccatoris est gaudium Ecclesiæ.	293
Conversionis signa,	3
Conscientiam bonam duo faciunt.	104
Corde rectus quis?	274
Cruce hostes fugantur. 164. Crux amanda.	39

D

DEUS solus animam satiat. 141. gaudet, in nobis suam impleri voluntatem. 249. nobis tripliciter præsens est. 389. semper prope est. 395. gratiam gratiæ superaddit. 464. se accommodat voluntati hominis. 469. ei fideliter servias. 415	
DEI faciem quis quærat? 46. vox nunc amabilis, post formidabilis. 30. Bonitas nostrum solatium. 51. 160. misericordia multiplex. 60. auxilium in tentatione petendum. 124. Judicium exactissimum. 338. erga hominem dignatio. 340	
Devotio est animæ requies.	17
Duplicitatis (seu machiavellismi) auctor est demon. 437	

E

Eucharistia minuit tentationes. 257. ejus effectus. 100

F

Fides facit hominem omnipotentem. 494. finè operibus inutilis, 371. ejus vis immensa. 453. fidei vivæ signa. 377.	
Fiducia in DEUM.	435. 463. 473

G

Gemitus animæ suspirantis in cœlum.	38
Y 3	Gemitus

INDEX SENTENTIARUM

Gemitus animæ poenitentis.	190
Gratiarum actio meretur gratiam.	136
H	
Historia comparatur horto.	178
Homo exterior est index exterioris. 154. interior ornandus. 218. hominis miseræ.	206
Humilitas. 166. est perfecta Justitia. 89. quæ sit vera? 350. nulla est nimia. 367. ejus laus. 460. in eâ sola confidendum. 424. ejus causæ. 324. juncta timori. 369. humilium tria genera. 258	
I	
JESU dulcis memoria.	224
Ingratitudo cavenda. 228. ejus damna.	147
Intentio rectissima quæ?	427
Judicium de seipso. 574. judicans seipsum, à DEO non judicatur.	484
Jugum Christi leve.	260
L	
Lacrymæ sunt unguentum animæ. 215. vinum Angelorum. 315. extinguunt ignem Purgatorij. 198	
Legendum, ut imitemur.	396
M	
MARIA fiducia nostra. 64. salus Universi.	94
Martyrium est, mortificatio.	272
Mentis ad superna elevatio.	40
Meritum nostrum ex Christi visceribus.	471
Minimorum neglectus, non minimus defectus. 298	
Mortuus est, qui DEO non vivit.	30
Novissima consideranda.	184
O	
Obedientia qualis esse debeat. 152. lectulus sponsi est. 343. est magna felicitas. 264. eam suo exemplo docet Christus. 15. extra illam DEO nihil placet. 380.	
Operandum, dum lucem habemus.	488
Oratio est condimentum bonorum operum. 296	
ejus effectus. 244. adjumenta. 283.	
Orandum	

S. BERNARDI.

Orandum perseveranter. 120. orans quid perat. 98	98
Ostentatio boni est nociva.	241
Otiosæ cogitationes fugiendæ.	75
P	
Patientia cur amplectenda?	8
Pacis conservandæ remedia.	143
Passionis Dominicæ meditatio assidua	86
Peccans deliberatè, seipsum sponte condemnat. 420	420
fit unus cum dæmone dæmon.	155
Peccatum est crimen læsæ majestatis Divinæ. 403.	403.
ejus jugum grave. 70. horror. 44.	
Peregrinus mundi est homo, non civis.	172
Perfectionis signa tria.	439
Pœnam brevem sequitur gaudium longum	131
Pœnitentia. 213. non dissimulanda. 109. ejus condimentum. 23. fructus duplex. 246. ed eam adhortatio. 335. impœnitentis periculum	21
Præparatio ad regnum DEI.	92
Proficere nolle, est deficere. 115. proficiendum est semper. 78. 34. 365. proficiunt pauci. 375	375
Quies non ante, sed post laborem. 328. post eum dulcior. 444.	
R	
Redemptionis beneficium semper recolendum. 162	162
Redemptionis, & Creationis discrimen.	203
Religio est recta ad cœlum via.	318
Resurrectionis internæ signa.	333
S	
Sancti nobis succurrunt invocati.	391. 449
Sapientis, & stulti discrimen.	417
Scire, & non facere, res inutilis.	479
Scientia quæ fit utilissima?	359
Sensus peccati, minuit dolorem externum	194
Sermo inculpabilis. 53. quilibet pius est utilis. 401	401
Solitudo ubique invenitur. 52. superborum	122
Spes de Prædestinatione.	66
Spem salutis faciunt Innocentia, & Pœnitentia. 106	106
X 4	Sponsa

INDEX SENTENT. S. BERNARDI.

Sponsa vera quænam dicenda?	19
Superfluis aluntur vitia.	409

T

Tempus salutis nunc est.	429
Tempus vitæ, tempus pœnitentiæ.	73
Tentari, & non vinci, DE I munus est.	374
Tepor in divinis, pudenda res est.	118
Torpor spiritûs, fiduciâ superandus.	353
Tribulationes quo animo ferendæ?	80

V

Vanitas rerum terrenarum	398
Veritas, & charitas, cordis custodes.	448
Veritatis cum Voluntate consensus.	226
Victoria vera de Concupiscentiâ.	432
Virtutes viriles. 281 virtutis studium.	270
Vita cœlestis in terra.	157
Voluntas propria est tyrannus crudelis. 479. ma- lum grande. 127. separat à DE O. 169. dese- renda. 48.	
Voluntatis nostræ unio cum Divinâ. 150. illumi- natæ gratia duplex. 480.	
Vulnera Christi ostendunt misericordiam DEI. 412 sunt medicina. 481. eorû memoria dulcis. 404	



INDEX

RERUM MEMORABILIIUM.

A

<i>Abbatibus virtutes.</i>	271
<i>Absentia vident.</i>	140. 192. 433
<i>Absolvitur à peccatis voce cœlesti.</i>	28
<i>Amor nimis in filium, fit doloris materia.</i>	41
<i>Amor</i>	

Index rerum memorabilium.

- Amore Divino succensit.* 29. 84. 119. 230. 253.
176. 456.
- Angelus hospitio recipitur.* 252. instruit virginem.
381. in hastiludio alterius personam agit. 62.
Velum imponit virgini, 313.
- Angeli conspiciuntur.* 12. 58. 96. 119. 121. 200.
284. assistunt Sacrificanti. 134. adsunt mo-
rienti. 229. 434. accinunt moribundo. 469.
478. sepulchrum fabricant. 91. ad S. Commu-
nionem deducunt. 278. 461. oranti lumen
preferunt. 382. familiares adsunt. 200. 284.
- Annulo fit desponsatio cœlestis.* 209
- Animæ ex Purgatorio liberantur.* 12. 198. 201.
254. 269. 460.
- Apostata verè penitens.* 20. 23. 193. 220
- Apparitiones variæ.* 161, 221. 250. 359. 368. 376.
410. 414. 466. 473. terrificæ. 183. 265. 274
280. 315. 352. 424. 445. 493.
- Apparentes post mortem.* 117. 126. 242. 243. 248
262. 290. 297. 341. 383. 411. 440. 487.
- Apostoli ad Infideles.* 29. 56. 155. Hyberniæ. 339.
Livoniæ. 65- 419.
- Aqua in vinum mutatur.* 62
- Araneus innoxie glutitur.* 261
- Asini formâ demon ligatur.* 221
- Austeritas vitæ.* 47. 50. 67. 68. 74. 107. 110. 112.
135. 177. 181. 218. 245. 276. 313. 321. 326. 353.
378. 388. 406. 406. 408. admiranda potius
quàm imitabilis. 84. 489. 492.
- A V E M A R I A: aureis literis scriptum in lin-
guâ defuncti.* 225

Index rerum memorabilium.

B

- Baptismus alter per visum in celo recipitur. 83
Benignitas in delinquentes. 379
S. P. N. Bernardus ad tyrocinium suscipitur. 291
Sanctorum catalogo adscribitur. 51. de quo observatio singularis. 52. Christum amplexatur. 213. ejus rei spectator. 436. S. Guilielmū convertit. 109. mortuum suscitatur. 55. salutis vadem se sistit. 128. aegrum sanat. 249. absentia videt. 267. Lactatur à B. V. 369. ex idiota facit doctum. 363. à morte servat. 448. à laqueo liberat. 472. apparet alibi ante mortem. 436. post mortem. 262. 382. 433. alatus. 476 salutis poculum offert. 431. illius adhuc vivi reliquiae prodigijs clarae. 267. propheta implentur. 113. 440. 447. illi interdiciuntur miracula. 125. 366. etiam mortuo. 236. illi similes, ac familiares. 31. 32. 263. 284. 297. 318. 331.
Biblia sacra primum in Capita distribuuntur. 372
Bruta sanctis obsequuntur. 53. 259. 440.
Bos in pauperes distributus, reviviscit. 261

C

- Calatravensis Militiae origo. 188
Campanae vivinibus pulsantur. 430
Caput sancti ab Angelo transfertur. 394
Castitas amatur. 34. 132. 427. in morte prodigiosè protegitur. 262.
Charia Charitatis conditur. 291
Christus cor suum cum sancta permutat. 456. apparet Cruci affixus. 18. 403. cucullam indutus. 334. Patiens. 28. 48. Vulnus Lateris ostendens.

Index rerum memorabilium.

- dens. 454. parvulus. 134. 240. aliàs. III. 309. 442. in Missa. 140. 168. Potat sanctam ex Lateris Vulnere. 456. jurat lavantem vasa coquinae. 485. amplexu confert donum puritatis. 29. consolatur aegrotum. 84. 195. 203. Vulnere sua alteri imprimit. 276. Hospitio excipitur. 433. lavat alteri pedes. 240.
- Cibus insipidus cœlitus conditur. 151. cibi ab alijs sumpti sanctam alunt. 457. cibo modico plurimi saturantur. 323. 342. 357.
- Cingulū miracula patrat. 239. è cœlo donatur. 292
- Clarevallis felicitas. 373
- Clausuræ strictæ primus institutor. 321. ejus spontaneus rigidusque observator. 179.
- Columba capiti insidere visa. 76. 413.
- Conjugium virginium. 17
- Comendatarij Abbates exciuduntur. 421
- Cordium arcana inspiciuntur. 12. 120. 231. 492
- Corpus manens incorruptum. 83. 142. 295. 340
- Corona sine tegumentum capitis. 58
- Cuculla alba à B. V. donatur. 71
- Cymbali usus sub Missâ instituitur. 390
- D
- Dæmon cachinnans apparere cogitur. 13. fugatur signo Crucis. 34. est infestus. 97. 140. 201. 416
- Angelum lucis mentitur. 121. 460. pedibus à virgine calcatur. 254. fugatur. 202. 207. 276 322 244. 460. illius insidiæ deteguntur. 121. 284. 414. ad moribundum accurrunt. 57
- D E U S arguit in dilectis suis etiam minimos nevros. 36. ejus judicia à nostris diversa. 124. 413
- Y-6
- Dignitates

Index rerum memorabilium.

Dignitates & honores abdicantur. 2. 32. 105. 269
284. 298. 307. 310. 315. 378. 416. 467. con-
temnuntur. 4. 24. 30. 47. 148. 294. 393. fu-
giuntur. 87. 229. 301. 385. 459. ab inimicis ad-
mittuntur. 132. 255. 289.

E

Elogia singularia Ordinis Cisterciensis. 329
Episcopus à filio suo consecratus, alium filium su-
um inaugurat Archiepiscopum. 64
Episcopi virtutes. 105. 165
Eucharistia piè suscipitur. 100. eximie colitur. 144
275. sola in alimentum corporis sumitur. 254
ejus festum solenne institui procuratur. 255
Excommunicationis in die Palmarum auctor. 222

F

Facies moribundi splendet. 72
Facies pulchra deformatur amore castitatis. 381
Fervor in opere Dei. 291. in disciplina regulari. 135
Fluvius prodigiosè superatur. 97. pallio pro navi
adhibito. 426. aliàs sicco pede. 470.
Fœmina virum simulat. 299.
Fortunati i. sæculo. 40. 148
Fruges agri ante tempus maturescunt. 44
Fundamentum duplex virtutum. 230
Furti injustè damnatus conservatur. 299

G

Gaudia Mariæ septem cœlestia, & terrestria. 491
Gemma virtutum. 140
Genibus flexis moriens. 494. eodem situ diu per-
manens post mortem. 464.
Gladiferorum militum origo. 420

H

Index rerum memorabilium.

H

- Hæresum oppugnatores.* 14. 16. 19. 22. 25. 160. 178
184. *hæreticorum insania.* 408.
Herbis solis victitantes. 70. 199. 210
Honor. vide. *Dignitas.*
Humilitas. 110. 115. 165. 181. 258. *exempla.* 14. 42
286. *etiam in mortis articulo.* 292.

I

- Ieiunium septem annorum suscipitur.* 457. 468
Jesu & Mariæ amor inseparabilis. 129
Joannes Apostolus apparet in forma aquilæ. 457
Imitatio virtutum. 252
*Immaculatae suæ Conceptionis festum agere jubet
Maria Deipara.* 85
Innocentia vitæ usq; ad mortem. 9. 186. 344.
Inquisitor primus hæreticæ pravitatis. 184
Judæa ope B. V. Mariæ conversa. 346
Iustitiæ cultor eximius. 312. 337

L

- Lacrymarum causa.* 29 405. *earum donum.* 95.
vis 104.
Lampas ardens apparet in pectore. 170
Lectio sacra sinè libro, sub mensa. 63
Leprosa sanat leprosos. 443. *eis servitur.* 35. 230
Linguarum dono clarus. 117
Lux circumdat moribundum. 246. 272. *ex oculis
emicat post orationem.* 278.

M

- Magnanimitas.* 341. *in regia virgine.* 181
Manſuetudo. 59
Manus puræ à munere. 337
MARIA

Index rerum memorabilium.

- MARIA** Virgo Deipara, est singularis Cisterciensium Patrona. 72. eos commendat. 302. cum ægro preces persolvit. 98. ægrum sanat. 95. in-visit. 134. osculum dat. 158. 200. pro alio pensum orationis persolvit. 259. preces remuneratur. 39. dona largitur. 71. 200. 292. 209. pro alio cantat in choro. 200. formulas orãdi dicit. 201. 491. gratulatur amplectenti Cisterciensem Ordinẽ. 459. hæreticos fugat. 229. metentium sudorem tergit. 233. adest morienti. 38. 79. 63. 68. 94. 146. 234. 245. à tentatione liberat. 361. Filium offert ad amplexus. 6. 490. apparet in cuculla Cisterc. 98. 245. aliàs apparet. 122. 200. 203. Ejus eximij cultores. 3. 61. 68. 71. 88. 93. 145. 158. 225. 266. 291. 346. 491. auxilium in angustijs. 35. 415. mirus favor erga Cistercienses. 395. ejus simplex veneratio est magni meriti. 146. ejus nomẽn audiens Julia exultat. 345.
- Martyrium** longum. 9. 406. S. Agnetis experia. 461. ejus corona patienti promittitur. 443.
- Manus** pura à munerum corruptela. 337
- Medici** nomen pariunt miracula. 418. medicum feliciter agens. 339. 398.
- Meditatio** quotidiana. 28
- Miles** fortis & pius. 353.
- Missam** audientis devotio, & fructus. 62. ejus devota celebratio. 7. 122. 128. 484. sub eã apparent Angeli, & Sancti. 134. 231.
- Miracula** recensentur. 25. 111. 130. 132. 182. 192. 314. 382. 455. post mortem. 144. 314. 316. 330

Index rerum memorabilium.

- 358 374. 434. 462. insigniora. 322. 358. innumera. 357. 455. amplexu fiunt. 464. prohibentur post mortem ad sepulchrum. 236. 307.
Mors læta. 47. 106. 143. 179. 194. 235. 449. beata. 25. 94. 304. 316. præmatura. 212. pro alio subitur. 13. mortui sub his verbis: In manus tuas Domine &c. 271. 411. mortuus ad vitam redit. 91. 148. 277. 379. mortuus splendet. 59
Morbus animi dextrè sanatur. 63. 414.
Mortificatio est Crux Christi. 404. vide. *Austeritas.*
Morum & indolis descriptio. 71. 159. 384. 402.
Mundi vanitas contemnitur. 40. 148. 207. 426.

N

- Nativitas Christi per visum ostenditur.* 283
Naturæ dotes insignes. 253. 301.
Nummis paucis multa emuntur. 289

O

- Obedientiæ commendatio notabilis.* 164. *obediens etiam post mortem.* 380. 477.
Observantia strictissima. 392
Oculi radios emittunt. 278
Odor sua vis ex sepulchro. 20. 295. *odor myrrhæ à manibus diu decumbentis emanans.* 69.
Olla fracta oratione in integrum restituitur. 296
Opium pius usus. 73
Oratio victorias parat. 305. *virginem à vi conservat.* 37. *orationis vis mira.* 37. 150. 336. 401. *in illa attentio.* 66. 291. 400. *orandi studiū.* 159. 381. *orantis digiti oleum stillant.* 458. *orantis manum cereus ardens non lædit.* 10. *orans pro occisore.* 185. *orans, sublimis in aëre pendet*

Index rerum memorabilium:

pendet. 232. 243. 455. 475. *orans vacua dolia
vino implet.* 314. *vide.* *Miracula.*

Ordo Cisterciensis ab origine mancipat^o Mariæ. 72
instituitur. 210. *illum cœlitus jussi amplectū-
tur.* 133. 139. 238. *visione admoniti.* 183. 315.
445. *aliorum consilio.* 40. 54. 349. 175. 331.
à monasterijs alterius Ordinis suscipitur. 101.
416. *alius cum tota familia.* 169. *Et histrio.* 92.

Ordo Gilbertinorum instituitur. 108. *Guilielmita-
rum.* 110. *Florensis.* 388 *Fulienſium,* 325. *Do-
minicanorum, Et Franciscanorum prædicun-
tur.* 387. *Prædicatorum Ordo à Cisterciensibus
fovetur.* 218. 411. *Et Societas Jesu.* 423.

P

Palæſtina devotâ peregrinatione visitur. 74. 198.

Panis species sub forma carnis apparent. 466. *sub
forma Pueri.* 128. 168. *instar stellæ de cœlo in
Aram descendentiſ.* 275.

Patientia in morbis. 5. 11. 96. 161. 163. 442. *in op-
probrijs.* 70. 275 *in adversis.* 107. 211. *in per-
secutionibus.* 171. *illius merces.* 293. *patiendi
ardor insatiabilis.* 490.

Passionis Christi pia meditatio. 12. 28. 84. 253. 277
illius arma sunt pueri crepundia. 199. *sub il-
lius meditatione sanguine perfunditur.* 461

Passionum humanarum dominium. 400

Pastores gregum. 205. 341.

Pauperes juvantur. 27. 77. 424. 207. 261. 275
312. 323. 355. 368. 423. 492.

Paupertatis amatores. 116. 209. 217. 289.

Peccata cœlitus dimittuntur. 38. 53. 96. 134.
Pœnitentiæ

Index rerum memorabilium.

Pœnitentia vera. 41. 194. 221. *rigidissima.* 472.
pœnitentiæ agenda stimuli. 183-

Prophetiæ dono clari. 36. 368. 387. *vid. Apparitiones. &c.*

Pueri dictum sapiens.

103

Puritas. vide. Castitas.

R

Radix magnorum stemmatum. 264

Raptus divini. 100. 137. 202. 231. *per triduum.*
119. 164. *per triginta dies continuos.* 69.

Reliquiarum sanctarum cultus. 78

Religiosi veri icon. 21

Revelationibus clarl. 43. 97. 123. 137. 480.

Regum & Ducum sanguine orti. 22. 172. 181. 195
273. 339. 341. 360. 264. 401. 426. 463.

S

Sacristæ in suo officio diligentia. 137

Scriptis celebres. 2. 31. 93. 286. 327. 387. 400.
467. 481. 466.

Seniorum veneratio. 242

Silentij stricta observatio. 53. *eius trāsgressor se rigidè castigat.* 361.

Spiritu divino sancta repletur. 230

Superbia vituperata emendatur. 251

T

Te Deum laudamus: cantans, cœlesti visione recreatur. 376. *id moribundo accinunt Angeli.* 246
mortuo accini jubet B. V. 429.

Trinitatis SS. mysterium revelatur. 202. 445. 493

Tentati, cœlitus liberantur. 140. 361. 424

Templarj Milites Cistercienses. 450

V

Index rerum memorabilium.

V


Vaticinio prævio nati.	131. 313. 320. 386.
Viarum errores declinandi modus.	338
Vinea execratione sterilis.	366
Vini species sub forma sanguinis apparent.	484
Virtus ante ætatem matura.	11. 103. 199. 252.
Virtutum egregia conjunctio.	24
Virtutes tyronis. 355. Episcopi. 402.	
Virtutum trias.	138
Vita Angelica.	351
Voto, amplectendi Ordinis, sanitatem recipit	235
Vulnera Christi ferro ignito imprimuntur.	85
Vulnera Christi. vide. Christus. Passio. &c.	



Menda emendata.

Paginâ 5. lineâ 19. *perferendis* adde: *mihî & Jesu Patiente* p. 13. l. 9. *lacrymis* p. 22. in marg. *Religiosi.* p. 31. in marg. *charit.* p. 130. l. 7. *prodigosè* p. 139. in marg. *Cœlitus* p. 143. marg. *moritur* p. 198. l. 4. *infernalium* p. 199. l. 6. *formandos* adde: *animos* p. 218. l. 12. *tecum* p. 223. l. 7. *pœnitendi* p. 244. l. 21. *animi adde* te p. 271. l. 13. *lucis* p. 312. l. 28. in *mortali* p. 361. adde *juxta lin. I.* in marg. *eum in visu* *mōnet.* p. 367. marg. *apparet.* p. 370. l. 20. *nihil* p. 379. l. 22. *extremæ* p. 382. l. 3. *conspiciebantur.* p. 404. l. II. *felicitatem* p. 428. l. 10. *simûlque* p. 483. l. 19. *munimenta* *ibid.* l. 25. *Schonaugiensis* p. 494. l. 19. *possibilia*

Cætera, si quæ foriè diligentiam nostram effugerint, talia utique non erunt, quin sinè œdipo corrigi, & à candido lectore dissimulari possint. Vale.



ANNVS
CISTERC

TOM I

684